 Cap. de illis de conditio. apposit. declaratur, l. 1. c. 26. n. 101. f. 74. p. 1.
 Cap. si. eod. tit. declaratur, l. 1. c. 26. n. 126. f. 75. p. 1.
 Idem cap. in 2. parte noue declaratur, l. 1. c. 26. n. 148. & n. 153. ibidem.
 Idem cap. nouo & vero sensu donatur, l. 2. d. 1. nu. 26. f. 86. p. 1.
 Cap. salubriter de vsur. ad pactum extendi non potest, l. 3. q. 39. n. 3. f. 263. p. 1.
 Idem cap. declaratur, l. 3. q. 39. n. 5. ibidem.
 Idem cap. vindicat in omni casu eandem rationem habente, l. 3. q. 39. n. 7. ibid. p. 2.
 Idem cap. iterum declaratur, l. 3. q. 39. n. 18. f. 264. p. 1.
 Cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. declaratur, l. 3. q. 52. n. 34. & 35. f. 286. p. 2.
 Cap. 2. tit. eod. expenditur, l. 3. q. 65. n. 4. f. 315. p. 1.
 Cap. 2. de renun. expenditur, l. 3. q. 94. n. 6. f. 359. p. 2.
 Cap. 1. de filijs nat. ex matrimo. ad morgana, & ter. in filij si de feudo contro. fue. declaratur, l. 3. q. 6. n. 2. f. 149. p. 2.

Ex lib. 6.

Cap. vni. §. idē quoq. de despōsat. impuber. intellectus ex Dida. l. 1. c. 14. n. 34. f. 31. p. 2.
 Eiusdem cap. intellectus authoris, ibid. n. 35. ibidem.
 Cap. 2. de renuntia. declaratur, l. 1. c. 18. n. 35. fol. 40. p. 2.
 Cap. quamuis pactum de pactis agit vitando periurio & peccato obseruari debet in iudicijs secularibus, l. 3. q. 99. n. 48. f. 370. p. 2.
 Idem cap. declaratur, l. 3. q. 80. n. 27. f. 333. p. 2.
 Idem, sicut procedit in filia sic in filio, l. 3. q. 86. n. 3. f. 347. p. 1.
 Eiusdem cap. dispositio an sit odiosa, l. 3. q. 81. n. 2. & 5. f. 335. p. 1.
 Idem cap. ita locum habet in filijs in potestate patris constitutis: sicut in emancipatis, l. 3. q. 86. n. 18. f. 347. p. 2.
 Idē c. pcedit etiā cū filia renūciās nihil dotis nomine recepit, l. 3. q. 93. n. 7. f. 358. p. 1.
 D. cap. non procedit stante dolo, l. 3. q. 93. n. 15. f. 358. p. 2.
 Idem cap. loquens in filia dote contenta intelligendum est de dote congrua, l. 3. q. 96. n. 4. f. 362. p. 2.
 Idē cap. sic vdicat in matrimonio spirituali sicut in carnali, l. 3. q. 99. n. 4. f. 368. p. 2.

Ex consilio Tridentino.

Cap. 1. de refor. matrim. sessio. 24. l. 1. c. 3. n. 76. f. 11. p. 1.
 Idem cap. declaratur, l. 1. c. 8. n. 64. fol. 17. p. 1.
 Idem declaratur iterum, l. 1. c. 19. n. 97. & nu. 127. f. 51. p. 2.
 Idem cap. antiquas laudabiles consuetudines contrahendi matrimonia non sustulit, l. 2. d. 11. nu. 151. f. 110. p. 1.
 Cap. 16. sessio. 25. de refor. egregie declaratur, l. 3. q. 99. n. 18. f. 369. p. 1.
 Idem cap. loquens in renuntiatione habet locum in testamento monialis ante ingressum monasterij, ibid. n. 20. ibidem. p. 2.
 Idem cap. correctorium est iuris communis, ibid. n. 25. ibidem.

Idem

I N D E X . I

Idem cap. an habeat locum in renunciatione per filiam facta & religionem ingressa aetatis, 17. 18. & 20. annorum, ibid. n. 41. f. 370.

Idem cap. ad euitandas fraudes conditum fuit, ibid. n. 44. ibidem.

Con. Tridentinum non aufert ius parentibus competens propter deflorationem virginis, l. 1. c. 19. n. 144. f. 53. p. 1.

Con. Tridentini decreta ab eodem con. declarantur, l. 2. d. 11. n. 155. f. 110. p. 1. il. q. 1.

Con. Tridentinum non sustulit matrimonia quae sub licita, & honesta conditione fieri possunt de iure communi, l. 2. d. 2. n. 35. f. 87. p. 2.

Ex Con. Tarraconen.

Cap. 2. de consuetudine, quo statuitur vt liber in Ecclesia conficiatur circa consuetudines celebrandi officia declaratur, l. 1. c. 9. n. 43. f. 19. p. 2.

Ex constitutionibus Cathaloniae.

Constitutiones prohibentes filios familias contrahere posse sine consensu parentum, declarantur, l. 1. c. 19. n. 45. f. 47. p. 2.

Constitutiones volentes, contrahentes cum filijs familias audiri non debere declarantur, l. 1. c. 19. n. 49. f. 48. p. 1.

Constitutiones huius regni volentes, contrahentes cum filijs familias non debere audiri, impediunt ortum naturalis obligationis, ibid. n. 50. ibidem.

Constitutiones disponentes, certis contra. tibus nullam fidem adhiberi debere, ortum naturalis obligationis impediunt, ibid. n. 51. ibidem.

Constitutiones prohibere possunt iuramenta aduersus communem sententiam & quare, l. 1. c. 19. n. 62. f. 48. p. 2.

Constitutio regia, per foragitar fraus idest ad excludendas fraudes sub tit. de promes. dot. declaratur, l. 1. c. 19. n. 67. f. 43. p. 1.

Constitutio regia declaratur vt contractus iuratos non comprehendat, l. 1. c. 19. n. 89. fol. 50. p. 1.

Constitutiones sub tit. de sponfal. & matrim. declarantur, l. 1. c. 19. n. 150. f. 53. p. 2.

Constitutiones concedentes patribus vt filias possint exhæredare, quæ ignorantibus parentibus matrimonium contrahunt ante 25. an. an valeant, l. 2. d. 7. n. 40. fol. 96. pag. 1.

Constitutionis regiae incipienti hac nostra vera declaratio, l. 3. q. 28. n. 11. f. 233. p. 2.

Constitutiones Cathaloniae vere leges dicuntur non statuta, ibid. n. 13. ibidem.

Cathaloniae vsatica quæ dicantur, l. 2. d. 7. n. 48. f. 96. p. 1.

Constitutio, qua fructus omnes integri omnium bonorum mariti dantur viduae donec dos soluat, iniusta & inualida, l. 3. q. 39. n. 75. f. 267. p. 2.

Constitutio, qua fructus omnes rerum mariti pro dotibus retinentur absq. vlla obligatione imputandi eos in sortem, deffendi nullo modo potest, ibidem nu. 76. ibidem.

Quam plurima alia vide infra in littera, L. leges & statuta municipalia.



FRANCISCI MOLINI
IVRIS CONSVLTI, ET
PATRITII ILERDENSIS, ILLIVS OLIM

academiæ post Patrem Petrum, primariæ functionis

Canonicæ professorem, Casarei iuris

Interpretis.

DE RITV NVPTIARVM, ET PACTIS IN
matrimonio Conuentis.

CELEBRIS, ET INSIGNIS TRACTATVS.

CHRISTO CRVCIFIXO VERO DEO IN

Trinitate viuenti pio, mansueto, & humili Franciscus
Molinus gloriam, & honorem dicit.



IFARI licet, eloquar CHRISTE, condu-
xisti operarios in vineam tuam, & mane, meridie,
fero, impari hora conductos (vt liberalis es) domine
pari pratio persoluisti: me nunc extrema hac orbis
atate in vineto laborare tuo iusisti, imperitus agri
cola sum aratra ferre non valeo, vineam excolere
nescio, priores assequi operarios nequeo: scio quid
faciam post tantorum terga messorum saltem spiculas colligam, & in
fasciculos redigam, vt exigui operis pratum idem, tua largitate cõ-
sequar aliorum, vt cum aliquando villicationis rationem sim reddi-
turus, si non in primis, in secundis tamen me videris constitisse: Faue
quæso Deus ceptis, & misericordiae tuæ riuis mentem irriga, vt im-
pensi laboris, cum alijs, qui diei, & æstus pondus portauerint, parem
consequar mercedem: Sic florentissimum vinetū (quod pratiofo fan-
guine

guine tuo irrigasti, excolam, vt abscisis mentis tenebris, fugata ignorantia, perpetuo inferuia; Et tua adiutus ope, tibi ipsi gressus dirigam, exsiccatas vites eradicem, aridas palmites amputem, luxuriantes præscindam, & spiritus tui almi gratia nihil præter agricolæ peritissimi leges scribam, Christiana amplectar, diuina prosequar, inquiram. Sulcipe igitur Christe manusculum benignius, & superlucratu tuo reddo talento: Huic si desint iusta, & tuæ paria maiestati, tui ipsius capient sanguine incrementum, scripsi paucis abhinc annis, in auxilium Ecclesiæ tuæ, commentaria de brachio seculari Ecclesiæ præstando, & de sacra immunitate opusculum: inutilis seruus, me in omnibus fateor defecisse: sed animum (qui abdita suspicis) intueri meum, parce redemptis: Ne aberrem faxis; vt & laborantium mercedem assequar, & æternæ vitæ benignitate tua præmio

perfruar sempiterno.



OPERIS

OPERIS DIVISIO,
ET DECLARATIO.



OTVS hic tractatus in tres diuiditur libros, qui vt nouam, sic celebrem & vtilem continet materiam. Primo agitur libro, in quibus matrimonium, quatenus contractus est iurigentium, cum cæteris conueniat contractibus: Secundo libro, e conuerso ordine, in quibus quatenus Sacramentum ab illis differat: Tertius, pacta & conuentiones, quæ in contractu matrimonij inferuntur, complectitur; qua materia non alia in iudicijs post vltimas voluntates frequentior: Duorum priorum librorum materiam. Nullus siue ex nostris, siue ex Theologis explicauit; in quibus innumera, quæ ad S. C. Tridentini de reformatione matrimonij declarationem pertinent, vel ex his auctoribus qui post consilium scripserunt, vel ex declarationibus sacræ congregationis enucleantur: Tertius liber, Nuptialium conuentionum materiam pertingit, à multis sparsim auctoribus in vnum tamen ab Auctore digestam.

DE ORIGINE MATRIMONII, ET ILLIVS
præstantia vnicum totius tractatus insigne
Anteludium.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| 1 Deus Optim. Maxim. mundi totius opif. x. | 20 Dotium priuilegia a matrimonio desuunt. |
| 2 Homo ad Dei imaginem factus. | 21 Diuisio gentium quando. |
| 3 Matrimonium à Deo in Paradiso terrestri institutum. | 22 Natura lex vna. |
| 4 Adam & Eue lapsus. | 23 Nubendi ritus varij. |
| 5 Deus Opt. Max. connubium instituit ne genus humanum deperat. | 24 Partorum matrimonia qualia. |
| 6 A matrimonio humana coniunctio protèditur. | 25 Britannorum connubia que. |
| 7 Arias Montanus laudatur. | 26 Africani connubia non agnoscunt. |
| 8 Deus Proli, hominem & fœminâ prescripsit. | 27 Mauri septem ducunt in uxores. |
| 9 Maris & fœminæ coniunctione, aduersus con-
gredientē in homines mortē cõsultum fuit. | 28 Diuina dispensatio in veteri testamento quoad
matrimonia qualis. |
| 10 Lactantij de matrimonio verba egregia. | 29 Christi morte multarum uxorum dispensatio
sublata. |
| 11 Nihil sub sole perpetuum. | 30 Fratriculorum heresis. |
| 12 Substituta persona que dicatur, pecora, & ar-
bores substituta. | 31 Vandalentium heresis. |
| 13 Iudex substitutus & tutor. | 32 Germanorum heresis bisce temporibus. |
| 14 Immortalitas matrimonio conseruatur. | 33 Concubinas habere Iuriscõsulti permiserunt. |
| 15 Matrimonium in Repub. res præstantissima. | 34 Amita & concubina que apud Iuriscõsultos. |
| 16 Matrimonium seminarium generis humani. | 35 Marcelli de matris familias honestate dictū. |
| 17 Res publica sine matrimonio nequeunt perma-
nere. | 36 Mariti iure digestorū an concubinas iure ha-
bere possent. |
| 18 Legum duodecim tabularum aduersus celibes
lex. | 37 Christi præcepto concubinatus omnes sublati. |
| 19 Platonis placita multa, vt liberis repleatur ci-
uitates. | 38 Matrimonium semper in honore habitum. |
| | 39 Matrimonia apud Romanos qualia, & eorū
nomina. |
| | 40 Matrimonia confarreatione, coemptione, &
usu, apud Romanos celebrabantur. |

A Vxor

- 41 Vxor in manu mancipioq. mariti apud Romanos erat.
- 42 Maritus in potestate uxoris non erat nisi coemptus.
- 43 Mos contrahendi matrimonia apud Romanos, & que interrogationes.
- 44 Maritus & vxor sibi succedere soliti, & tex. in l. uxorem. ff. de Ri. Nup. nouo sensu perceptus.
- 45 Conuentionis nomen generale.
- 46 Ciceronis locus in thopicis declaratus.
- 47 Intellectus l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verbo. obligatio.
- 48 Vsu matrimonium quale dicebatur.
- 49 Vsu capio in mobilibus.
- 50 Vsu capio in muliere nupta.
- 51 Matrona que apud Gelium.
- 52 Vxor qui nec in potestate nec mancipio mariti.
- 53 Vxori intestata qui succederent.
- 54 Intellectus l. 4. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur.
- 55 Intellectus nonus dictæ l. 4. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur.
- 56 Gellij traditio declaratur.
- 57 Nuptiarum dies legitimi quales apud antiquos.
- 58 Nymphagogus quis.
- 59 Festiuitas sponsaliorum qui agebatur, et qui ritus.
- 60 Ornatus virginis desponsatæ qualis.
- 61 Nuptia ab obnubendo dictæ.
- 62 Velum flammeum quod.
- 63 Annulus ferreus in nuptiis dari solitus.
- 64 Christi fide agnita alij ab antiquis ritus esse ceperunt.
- 65 Sacerdotis presentia connubium agitur.
- 66 Missæ sacrificium apud Christianos adhiberi solitum in primitiua Ecclesia.
- 67 Denuntiationes in Ecclesia fiebant in primitiua Ecclesia.
- 68 Baronij Cardinalis illustrissimi laus.
- 69 Matrimonij diffinitio apud Iustinianum.
- 70 Matrimonium duplex spirituale & carnale.
- 71 Matrimonium putatiuum quod.
- 72 Matrimonij putatiui priuilegia nulla.
- 73 Matrimonium presumptum quale.
- 74 Matrimonium politicum.
- 75 Alexander Raudensis laudatur.
- 76 Matrimonium fictum.
- 77 Matrimonium, contractus utroque obligatorij.
- 78 Matrimonij ut contractus quid cum ceteris contractibus commune habeat; noua inuestigatio.



DEVS Opt. Max. mundi totius opifex, & Gubernator & Rector, illi exorsus struaturam celos primum arcta compagine fecit, terram stabili firmitate, suspendit, astris eam fulgentibus illustrauit, terras mari conclusit, flumina sempiterno lapsu fluere

precipit, extendi campos, subsidere valles, fronde syluas tegi, lapidosos exurgere montes, virentesque herbas, limpidissimos fontes, animantia cuncta, & adocatos flores ad vnius hominis gratiam creauit & pertulit: extremo, eundem hominem & ad sui ipsius imaginem, vt Dei signaculum foret Gene. 1. Ne autem is solus peruagaret, sodalẽ dedit feminam, immisso in Adam sopore, tulit vnã de costis eius, replens carnem pro ea, Euamque producit, & sibi sociam dedit, Hanc ille intuens propheticò ductus spiritu, hoc inquit os ex ossibus meis, & caro ex carne mea, & erunt duo in carne vna: sic matrimonium. & A Deo in Paradiso deliciarum institutum fuit, vt ab eo totius humani generis propagaretur posteritas. Cum enim ab Adam & Eua & lapsu (vt Apostolus ait) quod de fructu ligni vetiti comedisent, mors contigisset, & ab eis in homines omnes in vniuersumque humanum genus transfusa, decidere & mori semel fuerit statutum cap. placuit 2. de conse. distinctio. 2. sessione. 5. Concil. Tridentini in principio. Ne tota periret primorum parentum defectu, generis nostri prestantia, connubium instituit, crescere & protoparentes, & multiplicari iussit, filios procreare quibus benedicens Deus, animantibus etiam cunctis, reptilibus celi, & maris piscibus, *crecite (ait) & multiplicentur super terram.* Vnde diuinus vates cecinit Psalm. 103. *Impleta est terra possessione tua.* Ab hac & enim coniunctione humana in omne æuum proles protenditur. §. 1. in auth. de nuptiis. Modulatur, & Arias Mont. & Hispalen. singularis eruditionis vir, multisque nominibus honorandus in diuinis poema, ad tabulam signi a Christo in Cæna aditi, Ode Saphica his versibus.

*Que pater mundo posuit recenti
Iura sacratu thalami deditque
Iuncta concordia sociare vitæ
Munia lege.*

*Ille presenti patris ipse natus
Numine antistes decorata firmat
Fausus & gratas epulas benigno
Comprobat usu.*

*Sic & arcanis sociare tædis
Gentis humana genus expetitur
Et sibi magis emere adiungendum
Dotibus ardet.*

*Possit ut nostræ recreata gentis
Iuncta diuino soboles marito
Splendidi fides habitare celi
Regnaque diuum.*

*Prima miratrix Galilea cenans
Obstupet testis renouata rerum
Munera & magnum probat esse Iesu in
Pectore*

- Pectore numen.
*Dum videt certas variare formas
Iurat & prisca laties Noachi
Fonte quas nuper vitreo fluenti
Hauerat vndas.*
- 8 DVOS Deus ad gignendum & prolem & homini & animantibus præscripsit, *Masculum & feminam (inquit) creauit eos.* Genesis. 1. Nisi enim maris & feminae coniunctione, aduersus & congregientem in homines & animalia mortem consultam esse potuit. Vnde Lactantius diuina. & instit. li. 1. hæc. In hominibus profecto ceterisque animantibus, diuersitas sexus, coitio, & generatio, nullam habet aliam rationem, nisi vt omnium animantium genera viuientium quoniam sint conditione mortalitatis obitura, mutua possint successione seruari. Aristotiles autem secundo de anima libro edocet, nihil magis naturæ ad stipulari ex his que perfecta sunt, nec casu generentur, quam sibi simile procreare; Animal enim aliud generat, planta plantam, vt cum ijs que sempiterna sunt comunicentur. Illic Commentatores docuerunt, cum diuina præpotentis Dei lege nequeat animantium, creaturarumque omnium vita esse sempiterna, aptissimam huic malo ille medelam adiungens ita efficit, vt maris, & feminae coniugatione, aut similibus coniunctione (que omnium communis est) in specie possent conseruari. Reuerentissime igitur Paulus & noster, vbi Barto. in l. cum debere de serui. nihil sub sole perpetuum esse ait, nisi propagatione, aut substitutione iuuetur. Hinc & substitutam personam dicimus que in alterius locum subrogatur l. 1. & rubri. ff. de vulga. Pectora substituta que demortuarum locum occupant l. si grege delega. 1. Arbores substituta que senescunt vice sufficiuntur l. arbores l. vel inutilium ff. de vsu. Actio substituta que alteri succedit §. fuerat insti. de actio. l. iudex & substitutus, & tutor l. in fraudem. §. conductor ff. de iur. fil. l. 1. §. hæc actio si quis test. liber esse ius. sue. l. fina. ff. quod cum eo l. cum & apud Sempronium ff. iudi. sol. l. tutoris §. in eum ff. de adminif. tuto. apposite Iustinianus immortalitatem matrimonij consequi scribit l. lege duodecim tabularum C. de legit. hered. auth. de nup. in princi. §. rursus in auth. de resti. & ea que parit vndeci. men. & alicubi nihil hominibus quidpiam & præstatur matrimonio §. nos in auth. de resti. fidei coll. 9. est enim matrimonium seminarium & generis humani. Fortu. ex Cicerone tractatu de vlti. sine iur. num. 131. & eo sine Republice & permanere nequirunt Lucas. de pen. in l. mulieres de in eo. lib. 10. C. & qui ad hoc insti-
 - 9
 - 10
 - 11
 - 12
 - 13
 - 14
 - 15
 - 16
 - 17

tutum multa cõgessit Neui. in Sylua. nuptia. lib. 3. c. 1. vers. nona ratio, & vtilitas publica, & multiplicatio hominum.

18 Porro legibus duodecim & tabularum ita scriptum erat. *Calibes n. finito*, atque vt valerius autor est, qui Calibes senescerent multa irrigari soliti erant lib. 2. cap. 4. Dida. qui plura in epi. ad 4. 2. par. cap. 8.

19 Quidquod vt repleterentur liberis ciuitates Plato & multa in legibus statuit, Nec dotium priuilegia & aliunde defluunt l. 1. ff. solut. matri. sed & vniuersa hominum & diluuiò absumta, & deleta natura, quod illis iratus dominus fuerit, postquam Noe arcanus Deus extruere iussit, de cunctis animantibus marem & feminam ingredi iubet; Noe ipsum, vxorem, filios, & filias: atque cum aquas cessare præcepisset. egressus Noe, cum vxore, filijs & animantibus, altare edificans, holocaustum domino obtulit: Odoratus dominus suauitatem, benedixit illi & filijs dicens *crecite & multiplicamini.*

22 Diuisis in orbem totum, & gentes esse ceperunt, que vnã naturam legem agnoscentes §. ius autem naturale inlit. de ius. & iur. feminas vxores ducere & matrimonio copulare ceperunt: sed quam varij, & risu digni plerique fuerint nubendi ritus, & ab hisque (vt is solet) Tiraquellus adfert susus dignosci potest in leges connubiales. l. 4. a num. 5. cui ipse vt addam; Clemens Papa primus lib. recognit. 9. scriptum reliquit in parthis

23 & mulieres plures vni tantum nubere solitas viro; in Britania autem, & multis simul nubere viris mulierem. Africani vt Plinius docet lib. 5. cap. 8. connubium nõ agnoscent, sed ferarum more vagantur, & volentibus se ipsas prostituunt. Mauri & hodie septem ducunt, & plures dum eorum, ad alendas ipsas suppetant facultates, aliarum ritus nuptiarum gentium Polido. recenset de inuen. rer. lib. 1. cap. 4. Rodigin. antiquarum lectio. lib. 15. & 16. Septenticonalium Holaus Gotus lib. 14. cap. 8. 9. & 10. Plane diuina olim dispensatione & in veteri, a Deo maximo concessum fuit testamento, aliquando mulieres ducere plures; vt illic misterium magis quam litteram spectare oporteat. At vbi figurata

24 Christi morte & cessarunt historiz, sacrilegum & immane facinus vni plures iungi vxores viro creditum est. Didac. in Epit. de spon. 2. part. cap. 7. §. 3. Propterea Fraticellorum & heresis, qui passim, & pro delectu putarunt, inuicem posse viros cum mulieribus fornicari, a Clemente Quinto extincta est, vltimo auctoribus supplicio damnatis. Valentinum & quoque secta obscena & impudica qua cuique (vbi libidinis ardor ageret) permisceri posse docebant, sub Innocentio Tertio compressa

32 sa. Sed & serpente eadem tēporibus & nos-
tris hæresi apud Germanos, sacro Trident.
Confilio deleta, & antiquata penitus fuit; af-
fertoires, hereticos nefarios, anathematis cē-
33 sursio 24. Eadem veteres & Iuriscōsulti pro-
creandi, & liberis hominibus vrbes replen-
di ratione adducti, concubinas habere con-
cesserunt impune l. 3. ff. de concubi. l. cum in
tabulis ff. de his qui. vt indig. Et Massurius
34 scribit, eam & que cum vxor non sit, cum ali-
quo tamen viuit, vero nomine amicam, pau-
lo honestiore concubinam appellari l. mas-
surius ff. de verb. signi. Marcellus & autem eā
35 que se in alterius quam patroni concubina-
tum dedit, matrisfamilias honestatem non
retinere statuit l. probrum ff. de ritu nuptia.
Hinc quæstio illa & apud nostrates exargit,
36 an mariti iure digestorum concubinas habe-
re possent, quod vulgo ab hominibus fere
negatur ex l. r. C. de concubi. vbi constanti-
nus id vetuit, sed & Iustinianus in l. fin. C. co-
mu. de manumis. Homines enim (ait) vxores
habentes concubinas habere, nec antiqua
iura, nec nostra concedunt. Sed de hac infru-
ctuosa disputatione plus satis Hotoman. de
37 ver. iur. verbo concubina. At nos qui & verā
& sacrosantam Christi & illius Ecclesiæ reli-
gionem profitemur, credimus, summum
fore concubinarum piaculum Mucrone spi-
rituali aduersum concubinos iura seuiunt, &
gladio armantur ni resipiscant. cap. 8. sessio.
24. Confil. Trident. vt modo præteream in-
numeras aduersus eos à iure communi penas
38 infligat; In hūc modū & humano genere pro-
pagato, atq; varijs nationū & gentiū ritibus
actō, coli cœpit & venerari matrimonium,
39 eos tantū ritus adferam & qui Romanorū
iuri concinunt, à quibus & legum quarundā
& auctorum sensus excipitur. Confarreatio-
ne, & coëptione, & vsu celebrari nuptiæ so-
40 lebant. Prior ad Pontifices pertinet, quibus
cum vxores ducerent hymni quidam (ipso-
rum more sacri) decantari solebant, in fœde-
ris signum & maritalis connubij, conuerso
ordine disfarreatio repudij Plin. lib. 13. c. 3.
quin & in sacris religiosus nihil confarrea-
tionis vinculo erat, & nouæ Pontificum nup-
tiæ farreū præferēbāt Tacitus lib. 4. coëmp-
tione cum vir & femina se inuicem emebāt
cum matrimonium agere vellent. Veteri
enim Romanorum lege nubentes mulieres,
tres ad virum asses adferre solebant: atque
vnum quidem quem in manu tenebant, tan-
quam emendi causa, marito dare, alium quē
in pede habebant, in foro larium familiariū
ponere: tertiu in sacciperio cū cōdidissent, cō-
pito vicinali resignare solebāt. Et his Virgi-
lius alludit cū in primo Georgico. cecinit.

*Teque sibi generum Thetys emat omnibus
vadis.*

41 Vt illic Seruius & interpretes docēt. Hinc
illud eueniebat vt mulier & in manu man-
cipioq; mariti esset, aut eius cuius in manu
mancipioe maritus erat, suaque illi heres
fieret, quemadmodum Vlpianus apud insti-
42 tutiones c. 22. docet. Vir autem & non in ma-
num & potestatem vxoris erat sed quod
coemptus esset id ei sui iuris ius tribuebat,
vt Gellius in nocti. Alci. lib. 3. c. 2. scribit: &
lib. 18. cap. 6. Boeti. in Topi. Dioni. Halica.
43 lib. antiqui. 11. Moris autem & erat vt vir mu-
lierem interrogaret, an sibi mater familias
esse vellet, vicissimq; hæc virum an sibi pa-
terfamilias: si uterq; velle respondebat, ma-
terfamilias mulier vocabatur, quoniam (vt
Gellius scribit) non in matrimonium tantam,
sed & in familiam quoq; mariti, & in sui hæ-
reditis locum vniebat vt, Cicero in Topicis
scriptum reliquit, & Seruius aperte testatur
qui in explicatione verlus Virgiliani Ænei.
4. de Didone loquens quæ Æneam hospicio
exceperat cecinit.

Ac Dominum Æneam in regna recepit.

44 Illic ille, facto & matrimonio inuicem sibi
succedere solitos ait. Testari tamen arbitra-
tu suo poterant, à tutoris enim potestate li-
berabantur mulieres qua matres essent fa-
milias, & si in quibusdam tutorum potestas
sed leuior quidem permaneret: vt hæc om-
nia Cicero Luculenter explicat in Murena.
Et Tiraquellus in l. 4. Connubia. glo. 1. nu. 6.
& 7. Ab his legum quarundam sensum igno-
ratum eripe l. vxorem ff. de ritu nup. illius
verba hæc sunt. *Vxorem quondam priuigni cō-
innigi matrimonio vitrici non oportet, nec in
matrimonium conuenire nouercam eius qui
priuigna maritus fuit* hæc lex: cuius mendo-
sa fore ea verba in matrimonium conuenire
Tiraq. opinatur ibi, que ita legenda sint, in
manum conuenire. Sed illius opinio vera nō
est, & si codici meo in manum conuenire in-
dita sint, & rectius antiquos habere codices
in ea que supra scripti verba puto: nam cum
ad modum contractus matrimonium olim,
45 & hodie celebretur, & conuentionis & nomē
generale sit quamuis pactioem continens,
dicta quasi qui ex diuersis locis in vnum ve-
niunt conuenire dicantur, sic qui ex diuersis
animi motibus in vnam decurrunt sententiā
conuenire recte affirmamus l. 1. & §. conuē-
tionis ff. de pactis. Atq; ideo ad omnia per-
tinet de quibus negotij alicuius aut contra-
hendi, aut transigendi causa consentiunt qui
inter se agunt l. 2. ff. de pac. l. tale §. post di-
uisionem eo. tit. recte in matrimonium con-
uenire, scripta fuisse verba opinor. Et que
antiquarij scriptores, quos Tiraquel. recen-
set,

set, de in manum conuentione affantur non
vxori sed matrifamilias conueniunt. Vnde
46 ea Cicero. & verba in topicis & scripta
quæstio: *Si ita Fabia pecunia legata est, si ei
viro materfamilias esset, si ea in manum non
conuenerat, nihil debeatur.* Hunc enim locum
ita Cardinalis Adrianus interpretatur lib.
sing. de mo. lati. loquen. vt vxor genus sit,
eius formæ duæ, vna matrumfamilias & hæ
(ait) sunt quæ in manum conuenire dicuntur,
altera earum que tantummodo vxores ha-
bentur, qua in parte cum fuerit Fabia. lega-
tum ei non videtur: quia cum in manum nō
conuenerit, nec materfamilias, id est ea spe-
cies vxoris cui argentum omne legatū fuit,
legato caruisse iudicatur: quod enim de vno
specie dicitur ad aliam protendi nō potest.
47 Ex his rursus alterius legis sensus excipi-
tur & §. mulier l. ex ea parte ff. de verb. obli.
vbi ita legitur: *mulier ab eo in cuius matrimo-
nium conueniebat, stipulata fuerat ducenda,
si tempore matrimonij concubine consuetudine
reperisset &c.* Accurtius qui sepius ignora-
tione latini sermonis infelicititer labitur, ex-
ponit *conueniebat* id est reconciliabatur: De
hac enim illic Papinianus coëmptione intel-
ligit. Et cum Codices quidam manū habēt,
vetustiores, matrimonium: sed hæc lectio
mendosa est, vt recte Cardinalis Adrianus
ostendit, quam Tiraq. reticet, hanc sibi opi-
nationem tribuens.
48 Vfu vero fieri matrimonium & dicebatur,
cum mulier tutore auctore, in matrimoniū
alicui conueniebat, quo cū eo consuecebat,
quasi cum iusto perfectōq; marito: adeo vt si
vfu ille intra annum minime interruppe-
retur, pro vsucapta haberetur. Vt enim in re-
bus mobilibus & vsucapio pro emptore cō-
tingit l. 1. & tit. ff. de vsucap. pro emp. in mu-
49 liere & idem nupta vfu. Id autē ex lege duo-
decim tabul. licebat. Sanē si in matrimonio
50 anno permanebant, *Matrona* (vt Gellius ait)
tunc & dicebatur: Et sibi liberi non nascerē-
tur, à matris scilicet nomine nō adepti, sed
51 cum spe & omine mox adipiscendi. Hæc
neq. & manu, mancipioe mariti, neque sui
erat iuris, quæ in potestate semper tutorum
52 remaneret. Intestata & autem descendente,
agnatus proximus ei heres erat, quemadmo-
53 dum idem cicero in topicis docet & Gellius
lib. 3. c. 2. & lib. 18. c. 6. Sed his aperta fron-
te Vlpianus repugnat & qui in l. 4. ff. de his
54 qui sunt sui vel alie. iur. scribit, *matrem fami-
liarum eodem modo dici quo patremfam. hoc
est que sue potestatis sunt, siue puberes sint
siue impuberes.* vt his verbis non obscu-
re ostendat, matres, quæ huius connubij vfu
scilicet fierent, non in aliena fore potestate.
Difficilis certē obex. Hunc nouissimi quidē

impudenter effugiunt opinantes versiculum
illum legis (simili modo matrisfa. quæ sunt
55 sue potestatis) subducendum fore. At ipse &
non aduersari opinor, sed cum ad instituti
sermonis, & rubricæ rationem reuocandum
esse, vt qui non in alterius familia sunt, pa-
56 tres & matresfam. appellentur. Plane & si &
Gellius idem inter matronam & matrem fa-
miliarum discrimen constituat lib. 18. c. 7. &
nostri etiam aliquando legibus suis iuriscō-
sulti. l. pronuntiatum §. matremfa. de verb.
signi. l. deinde ff. de libe. exhiben. frequētius
tamen pro eodem vsurpantur, vt mulier sit
lecta, pudica, & honesta, siue ea vidua sit aut
nupta l. probrum ff. de ritu nup. l. si vxor. ff.
ad l. Iuliam de adul. l. item apud labeonem
§. si quis Virginem ff. de iniur. Et cecinit
Tex.

Et mihi pro tumulo matrona glaucus erit.

57 Nuptiarum & autē dies legitimos tres fuisse
fertur: primus desponsaliorum decubatio-
nis. Secundus, quo conuiuium celebrabatur
& sponsa ni foceri ades duceretur. Tertius
Repotia id est dies alter quo prior nuptiarū
festiuitas repetebatur; die hoc ipso sponsus
affinibus conuiuium apparabat. si nupta erat
virgo in foceri domo thalamus parari soli-
tus erat, si vidua in domo prius sponsi accu-
58 babat: is qui sponsam & ducebat Nympha-
gogus nominabatur.

59 Festiuitas & sub vesperum, aut noctu po-
tissimum agebatur in ædiū limine, ad quas
ducebatur sponsa, aquam & ignem appone-
bant vt ab utroq; manu tangerentur, ipsaq;
nupta aquæ aspersione lustrabatur. Tum ex
igne illo fascēs accendebantur ab Ædilibus
quinq; numero: cereos fascēs appellabant.
Excera siebant vt Plautus refert, alij expi-
nua pinea ve teda censent. Ornabatur vir-
60 go & comebatur: comam cuspidē astæ dis-
criminabant. Tum vero operiebatur virgini
caput, & facies: Vnde ab obnubendo & Nup-
61 tiæ dictæ sunt.

62 Velum hoc & flammeum dicebant, quod
latei esset coloris, ne virginis pudor prode-
retur, aut si quid in facie ruboris haberet, is
è velo non egenis micare videretur. Annu-
lum ferreum & dabat vir nuptæ sine gemma,
63 vt simplicitatem, constantiā materia, & for-
ma perpetuam coniunctionem significarēt.
Hi veterum erant ritus gentilium Romano-
rum, Agnita & autem Christi fide alij cepe-
runt ritus celebrari: Nisi enim sacerdotis, &
64 præsentia connubium agebatur vt testatur
D. Ignatius qui & Apostolorum temporibus
vixit Epist. 11. ad Polycarpū deest (inquit)
65 vt & ducentes vxores & nubentes cum Epif-
copi arbitrio coniungantur, vt nuptiæ iuxta
præceptum domini, non autem ob concupiscen-
tiam

tiam coiffe videantur. Sed & Tertulianus ad uxorem scribens lib. 2. in fine enarrat consuetudine apud Ecclesiam matrimonia conciliari: id tunc fiebat cum per Sacerdotem contrahentium mutuo consensu elicitio, in unum post manus iungebantur, osculi sancti libatione per mixta, demum velatione: idem enim Tertulianus de velandis virginibus c. 11. in fine haec scribit. *Ad dispensationem velantur, quia & corpore & spiritu casto mixta sunt, per osculum & dexteram, Gregor. Nazian. ad Ansum scribens cum ad eius filiae nuptias fuisset inuitatus quod infirmus esset se excusans ait: Animo & voluntate ad sum simulque festum celebri, iuueniles dexteram inter se iungo.* In quarto Carthaginen. consilio. c. 13. benedictio Sacerdotis illiusque verborum formula traditur: *Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote a pariter suis vel a paranympis offeratur, qui cum benedictione acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permaneat.*

66 Offerebatur etiam Missae & sacrificium, & sacra Domini nubentibus Hostia, auctore eodem Tertuliano in lib. de Monogamia c. 11. Denuntiationes & rursus in Ecclesia fiebant ne occulte matrimonium celebrari diceretur. 67 Sed de his latius Baronius & Cardinalis Illustrissimus, vir eruditionis incomparabilis to. 1. Annal. Ecclesiae sub Petri & Neronis anno fol. 462. qui illic haec non noue statuta a sacro Tridentino Consilio putat in c. 1. sess. 24. de reformatione matrimo. Matrimonium nisi parrocho interueniente, & ab eo partium consensu explorato perfici posse.

69 *Matrimonium* & autem diffiniendo Iustiano, *maris est foemina coniunctio individua vitae consuetudinem continentis* §. 1. inst. de pat. potest. l. 1. ff. de rit. nup. Hanc complexi diffinitione fuisse Romanos Pontifices in sum. 27. q. 2. & c. illud de praesumptio. ea omnes diuini, canonici, & humani iuris Interpretes sequuntur testate Brun. trac. de sponsa. & matrimo. 1. conclusio. Did. in Epi. ad 4. 2. p. c. 1. n. 1. & 2. Matien. in glo. rub. n. 1. lib. 5. tit. 1.

70 Duplex esse affirmant spirituale & carnale cum societas 27. q. 2. c. sicut vir 7. q. 1. e. quae quae cum Christo, c. nuptiarum 27. q. 1. Carnale rursus triplex, ratum, legitimum, ratum & legitimum; quae cum passim per omnium ora circumferantur omiserim sed non reticendum, putatum & alteram matrimonij specie ad notatam fuisse, sed haec in carnale definit, & veri matrimonij primis legibus & in multis consuetudine Bart. & posteriores in l. si cum dote §. fin. ff. solut. matri. Ofas. decisio. Pedem. 77. n. 21. 22. Vini. opinio. 487. a. n. 6. insignis decisio Rotae Romanae. 605. 1. par. a. n. 5. in nouissimis, Menochij tract. de praesump. lib. 4. praef. 77. n. 8. idem Meno. late conf. 490. a. n. 1.

lib. 5. Molin. tract. de primog. Hispano. li. 3. c. 1. n. 12. & ante eos omnes qui multos huius matrimonij putatini effectus receset. Bal. No uell. trac. de dote 11. par. §. haecenus expectatum est n. 29. cum sequitur & in numeros Tirac. in ll. connubiali glo. 8. a. n. 234. Andr. Gail. obseruatio. 112. n. 12. li. 1. Azpil. conf. 3. n. 1. tit. de spofal. sicut etiam & matrimonium praesumptum Meno. trac. de praesump. li. 1. quae. 47. a. n. 6.

73 Rursus & politicum & recedere libet, cum orbata Rege prouincia, Anabatarum more sine duce decertans populus de Rege eligendo contedit, Regemque deligit: contrahitur enim Regis cum patria matrimonium, electione, & vel ut quaedam coniunctio indiuidua. Lucas. de Pen. in l. quicumque. col. 2. de om. agro. defer. Boe. trac. de cus. clauis. & por. ciui. nu. 71. 72. Rouil. de ius. & iniust. c. 7. & qui eos & summae eruditionis vir insignis receset & memorat, Alex. Rauden. respon. 3. num. 4. vol. 1.

76 Matrimonium fictum & aliud praeter omnes esse ostendi cum per procuratorem contrahitur; fingit Canonicum ius ab eo cuius nomine contrahitur constituetur, contraxisse & consensisse glo. in c. si. in verb. idoneus de procur. in 6. qui enim per alium quidquam agit vel consentit id ipsum eum fecisse fingitur c. qui facit per alium de reg. iur. in 6. ubi glo. expressim matrimonij exemplum perhibet & iuris id fieri fictione affirmat; non enim procuratorem contrahere sed constituetem videtur l. quod iussu alterius de reg. iur. glo. in d. c. qui facit iussu Decius in his damnus n. 5. ubi Cagno. & Mayne. de reg. iur. videtur enim verbum fictionem inducit glo. Dec. & alij in d. l. qui actionem de reg. iur.

77 Plane cum matrimonium contrahitur sit vltro & citroque obligatorius qui duorum consensu perficitur viri & foeminae promissione & repromissione l. 1. & 2. ff. de sponsa. super eo de cognatione. c. no debet de consanguin. & affinitate. c. 1. de voto & vo. redemp. li. 6. Meno. 1. de arbi. iud. quaest. casu. 420. n. 38. Et ante Meno. D. Thom. in 4. d. 40. quaest. 1. arti. 1. Domi. de Soto ibidem quaest. 5. art. 5. Tabien. in sum. verbo. matrimonium in 2. §. 6. Dida. in epitome de spofa. par. 2. c. 6. §. 10. n. 17. Spin. trac. de testa. glo. 15. nu. 2. in fine Barbof. in rub. ff. solu. matr. 2. p. n. 84. qui alios idem. Meno. trac. de praesump. li. 4. praef. 183. n. 35. Et quaedam veluti emptionis species Tirac. & Meno. superius relati, quemadmodum & in contractibus quaedam obseruantur, an omnia matrimonio conueniant, celebris primus arguta, & vtilis etiam peruestigatio est, quam nullus hucusque adorsus fuit; in quibus eum quatenus Sacramentum differat sequenti libro scripsimus.

S V M M A R I V M.

1 Contractus iurisdictionum multi.

2 Matrimonium contractus iurisdictionum.

3 Matrimonium iurisdictionum primae.

4 Pactorum obseruatio necessaria.

5 Matrimonij obligatio a promissione viri & mulieris desinit.

6 Deportati & banniti quae iuris sunt naturalis retinet, ideo matrimonium contrahere possunt.

7 Edictum de matrimonijs contrahendis permissorium.

8 Serui quo ad ius civile pro nullis habentur, secus de iure naturali.

9 Serui matrimonium contrahunt, quia iuris gentium contractus.

10 Excommunicati ab hominum comunione priuati.

11 Excommunicati matrimonium contrahunt.

12 Professio ab excommunicato facta valet.

13 Filij familias licet iure civili in parentum potestate matrimonium tamen quia iurisdictionum recte contrahunt.

14 Matrimonium sine consensu parentum validum.

15 Filij familias in his qui sunt de iure diuino non subiiciuntur patri.

16 Filij familias in his qui sunt de iure natura non subiiciuntur patri.

17 Filij familias in his qui seruitutem perpetuam attingunt, patri obedire non tenentur.

18 Matrimonium seruitus perpetua.

19 Matrimonium dura seruitus.

20 Contractus naturalis patria potestate interdici non potest.

21 Haeretici, quia iura retinent naturalia matrimonium contrahunt.

22 Haeretici in gradibus iure diuino prohibitis matrimonium non contrahunt.

23 Infideles quia iura naturalia consequuntur matrimonium contrahunt.

24 Monstra hominum matrimonium contrahunt.

25 Hermaphroditus si in utroque sexu equaliter incalcescit, quem elegere tenentur, & qua sollemnitate.

26 Hermaphroditus neutrum dicitur.

27 Hermaphroditus statuta non continent.

28 Natura viri vel mulieris si quando immutetur factio matrimonio quid agendum.

29 Naturae instrumenta si quando fuerint inuersa, quid obseruandum.

30 Cassinus virgo factus cum antea masculus foret.

31 Adoloscensula sub Alexandro sexto Pontifice in virum transformata fuit.

32 Viri multi in feminas translati & foeminae in viros.

33 Foemina in virum euasit in hac urbe Barchinone anno 1601.

34 Matrimonium quia iuris naturalis, seruis & filij familias licitum.

35 Banniti deportati, & his similes iura naturalia retinent.

36 Serui nequeunt obligari nec obligare, alimenta tamen petere possunt.

37 Filij familias aduersus patrem agere nequeunt.

38 Filij familias aduersus patrem in causa alimentorum recte agunt.

39 Filius fam. patrem pauperem tenetur alere.

40 Filius fam. tenetur patri exuli alimenta mittere.

41 Filius patrem haereticum alere cogitur, sed non pater filium.

42 Alimenta publicatis bonis non cessentur publicata.

43 Matrimonium nulla lege interdici potest.

44 Matrimonium inuitis parentibus & Regibus recte contrahitur.

45 Bannitus uxorem adulteratam recte accusat.

46 Pareres & Principes quando possunt impedire matrimonia vassallorum vel filiorum, & quando excommunicati remissive.

COMPARATIO PRIMA.

MATRIMONIUM QUATENUS IURIS GENTIUM CONTRACTUS, QUID CUM CAETERIS COMUNE HABEAT, & QUAE INDE VILITAS, PULCRA & SUBTILIS INDAGATIO.

Vex contractibus & multi iure gentium instituti sunt quales emptio, venditio, locatio, conductio, paucis exceptis quia iure civili fuerunt inuenti l. ex hoc iure ff. de ius. & iur. ita & matrimonium Bal. in l. 1. §. ius naturale ad fine de ius. & iur. sed & superat caeteros, illi enim iuris gentium secundarijs vt in ipsa lege glo. & Bart. docuerunt simul & alij post, & at matrimonium primo: sic enim Iustinianus, naturale est quod natura omnia animalia docuit: nam ius istud non humani generis tantum proprium est, sed omnium animalium quae in caelo, quae in terra, quae in mari nascuntur.

Hinc descendit maris atque foeminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus in principi. Instituta de iur. natu. atque huius iuris esse affirmant Fortun. tracta. de vlti. si. num. 132. Alfon. in speculo coniu. 1. par. artic. 1. Matien. in ll. Castellae. glo. 1. rub. tit. 1. lib. 5. ordina. Dida. in Epito. de sponsa. 2. p. c. 1. nu. 6. & 7. Treuis. decis. 3. num. 16. lib. 2. Peregri. tracta. de int. fil. lib. 2. tit. 6. nu. 1. & his non relatis Spin. tracta. de testam. glo. 14. nu. 59. & 60. Et ne infructuosa disputatio videatur haec primum sequitur vtilitas quia cum nihil magis & humano generi adhaeretur quam pacta seruare idque iure ipso naturali fuerit institutum l. 1. ff. de pac. l. 1. de consti. pecu. c. 1. de pac. ex & promissione ipsa viri vel mulieris desinit obligatio naturalis quae quisque alteri alter obligatur l. sticum §. naturales de solut. l. cum amplius §. his natura debet de reg. iur. ita fiet vt cum & deportati & banniti eaq; iuris sunt naturalis retineant, civilis perdat §. 1. 2. 3. Inst. de capi. diminu. l. 2. & toto titu. ff. de inter. & relega. contrahere eos matrimonium posse nullus dubitauit.

tauit Triufan. d. decisio. 3. nu. 15. lib. 2. Sed nec de portatione dissolui Petra. trac. d. fidei. q. 1. n. 615. 616. Et enim de cōtrahēdis ma-
 7 trimonij edictū & permissoriū, vt qui expres-
 sim interdicit nō sit cōtrahere possit c. cū a-
 pud & gl. in verbo phibitoriū ex. de sponsa.
 Capha. cōf. 61. n. 9. li. 4. Meno. cōf. 102. nu.
 8 26. li. 1. serui quoad & ius ciuile attinet p nul-
 lis habetur: nō tñ (ait Vlpianus) iure naturali,
 quia quo ad ius naturale attinet, oēs homi-
 nes equales sunt. l. p. attinet vbi Deci. & Cag-
 9 no. n. 1. & 2. de reg. iur. cōtrahere ideo & ma-
 trimoniū possunt c. 1. & toto tit. ex. de cōiu.
 seruo. Pereg. in trac. de iur. fil. tit. 6. n. 1. li. 2.
 10 Excommunicati & qui Ecclēsię cēsura ab honu-
 nū sint cōmuniōe priuati, Matth. c. 18. si Ec-
 clēsiā nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus & pu-
 blicanus & Paul. ad Thesalo. c. 3. Dida. post
 ceteros in c. alma mater in prin. n. 1. & seq.
 11 d. sen. excōnu. & matrimoniū cōtrahere pos-
 sūt c. significasti ex. d. eo qui dux in matris ex-
 cōm. Fel. in rub. de spōsa. n. 6. glo. in c. illud
 95. dif. & in c. alma mater de senten. excom.
 tex. in c. cū illorū de sen. excōnu. Did. in Epi-
 12 to. ad. 4. 2. p. c. 6. n. 3. qui alios recensuit, & si
 nullā reddat rationē: cōprobat autē, & nā idē
 est in p̄fessione ab excommunicato facta, quē
 nō ideo infringitur c. cū illorū ex. de senten.
 excom. id ipsum. Tudif. in c. veritatis. n. 35.
 de do. & cōtu. Fel. in d. c. cū illorū, & in c. fi.
 13 de exceptio. ex. ab eadē descēdit natura le-
 ge, & filios in potestate parētū cōstitutos vx-
 res sibi spōdētes iure id facere: Et licet olim
 qualis hęc anceps foret, nuptiæ enim an ius-
 tra essent & stabiles Galli. maxime dubita-
 rūt. Chaf. qui multis vtrinq; adductis nō ius-
 tas scribit in Cathalogo glo. mun. 12. p. cōfi-
 de. 36. vers. que quidem honestas. Coras. lib.
 14 Miscell. iur. r. c. 17. frēquentiori & tñ aliorum
 sentētia receptū scio, sine his matrimoniū n-
 lios familias recte cōtrahere Did. in Epito.
 ad 4. 2. p. c. 3. §. 8. a. n. 1. Viui. in cōm. opinio.
 227. Matien. l. 2. glo. 2. tit. 1. li. 5. Clar. §. fin.
 q. 82. in vers. circa matrimonia n. 3. Gail. lib.
 obseruat. 2. obserua. 95. n. 5. Meno. cōf. 69. n.
 1. cū seq. Coltan. trac. de spōsa. c. an nuptiæ si-
 ne cōcēsu patris & c. n. 1. & n. 100. vbi & sacri
 Tridētini Consilij meminit Pechi. traēta. de
 tes. cōiu. c. 2. qui fufe Pale. trac. de nothīs &
 spu. c. 8. n. 1. Solon. de Paz. cōf. 20. n. 7. Oddo
 cōf. 79. n. 15. Mencha. trac. de successio. crea-
 tio. 2. p. §. 10. n. 626. post hęc scripta nouissi-
 mē Sanch. in commenta. de matris. lib. 4. dif-
 15 p. 22. a. num. 2. & sequenti.
 Sed nūc dubitari nequit nā eos sacra Tri-
 dētina synodus dānat qui cōtra sentiūt. c. 1.
 de resor. fess. 24. recte quidē, iure enim diui-
 16 no & patri filiū nō subijcitur in his quæ ius ip-
 sum pertingūt naturæ, & vt in alimētis, gene-

ratione, atq. his similib⁹ quibusdā, in quibus
 Deo soli parem⁹, quemadmodū D. Th. expli-
 cat 2. 2. q. 104. in corpo. articuli. Matrimoniū
 autē his simile nemo nō videt, à iure enim vt
 17 antea scripsi naturæ dimanat. Sanē nec & in
 seruitute perpetua & indissolubili fili⁹ patri
 obedit, vt Thom. Argen. docet in 4. dif. 29. q.
 1. ar. 2. matrimoniū & perpetua seruitus est.
 18 Caph. cōf. 421. n. 1. li. 3. Gail. obser. 94. n. 7.
 li. 2. adde glo. celebrē in c. mulieri verb. ab-
 solut. ex. de iur. iur. vbi post eā alij. Seyfel. in
 l. 1. ad fi. d. verb. oblig. Deci. cōf. 133. co. 2. &
 19 dicitur matrimoniū & dura seruitus Bal. in l.
 in bonafide post principiū C. de re. credi. Ne
 uiz. in Syl. nup. li. 1. c. 2. n. 5. Bero. q. 55. n. 2.
 idē q. 84. n. 3. Meno. cōf. 60. n. 69. li. 1. Paris.
 conf. 61. n. 6. li. 4. Alex. cōf. 192. n. 7. & conf.
 155. n. 4. li. 6. Gram. cōf. crim. 26. n. 17. Et in-
 dissolubilis nexus & nodus, vt in eo cōtrahē-
 do nō patri filiū obedire quisq; dixerit, quā-
 quā & peccare eū aliquādo nō parētē infe-
 rius ostēdā. igitur & si patria hęc potestas iu-
 re ciuili tñ possit vt fili⁹ sine patris consensu
 obligari nequeat, vt nec stipulari sibi vt ser-
 uus sed patri possit, & in casum nitant absq.
 patris auctoritate cōtrahētes, q̄ sit filius vna
 cū patre persona §. ei vero qui innuti. stipu.
 & §. itē inutilis eo. tit. instit. de patria potes.
 l. si quis iusū de acqui. hared. quia vero iuris
 20 est naturalis cōtract⁹, & patria nequit potesta-
 te interdici. Ideoq; ex cōtractib⁹ cū filijsfam.
 celebratis naturalis obligatio orit⁹ ex cōcēsu
 l. tā ex cōtractibus ff. de iudi. vbi Bart. Pau.
 Curt. iun. & alij quinimo inter eūdē patrē &
 filiū cōtrahētes, oritur etiā naturalis obliga-
 tio quæ tñ patri minime (sicut in alijs cōtrin-
 git cōtractib⁹) acquiritur, foret enim veluti
 nōstruū quoddā q̄ idē sibi ipsi esset obligat⁹,
 quæ verior sententia est ex. l. frater à fratre
 vers. cōtra si pater d. cōdi. inde idēq; in serui.
 cōtractu cū dño, quemadmodū late post cē-
 21 teros scribit Gutier. trac. de cōtrac. iur. p. 2.
 c. 41. a. n. 1. cū seq. Heretici & impudici & obf-
 ceni, qui suo delicto inflagita & mala omnia
 dilabuntur ab Ecclēsię gremio exclusi, q̄ sua
 iniquitate se ipsos in malorū omniū precipi-
 tiū dederint & in capaces reddiderint, c. ex-
 cōmunicam⁹. primo. §. credētes de heret. le-
 gatūq. his relicta nullū sit, quia nec institui
 possūt. c. si quis Eps d. haret. Meno. qui alios:
 cōf. 185. n. 14. Surd. in trac. de alimen. n. 5. 6.
 & seq. tit. 9. cū iuris naturæ extorres nō sint,
 & cōtrahere matrimoniū possūt inuicē, vt in
 fideles & mauri, cōtract⁹ enim (vt nō semel
 dixi) est iuris naturalis glo. ex. tex. in c. gaude-
 mus vbi Panor. & eo posteriores docent de
 diuor. Ioā. And. & Domi. Ant. in c. litteras d.
 22 restit. spo. quāquā & si in gradibus a iure diui-
 no phibitis cōtraxissent, nō legitimū foret,
 glo.

glo. in d. c. gaudemus. Sed de his multa, cul-
 tusq. disparitate qui matrimoniū impediāt,
 nubētū etiā p̄na Did. in epito. ad 4. c. 6. §.
 1. r. a. n. 1. Azpil. cōf. 38. de spōsa. n. 1. lib. 4.
 post Panor. in ca. fin. de con. apof. Syluest. in
 sum. verbo matrimoniū 8. Neoterici Matie.
 li. 5. recollutio. tit. 1. glo. 1. rub. n. 161. Vual.
 in cāde. aureo ti. de cult. dispa. Verac. in spe-
 cu. cōiu. 1. p. ar. 32. Simā. in catho. insti. ti. 40.
 à nu. 17. Gaie. in c. limina 30. q. 1. §. 4. n. 423.
 Graph. 2. p. decis. li. 1. c. 12. n. 23. 24. Regia
 autē regni lege nra cultus in nubēdo dispari-
 23 tatē Christiani insequētes grauissime puniū-
 tur: inter & infideles legitimū dicitur matri-
 moniū quaten⁹ cōtractus c. deinde 26. dis-
 tinct. c. fi. 28. q. 1. c. quāto. in vers. nā et si ma-
 trimoniū vbi Panor. n. 3. & post eū oēs ex. de
 diuor. Azpil. in manua. cōf. c. 22. n. 19. Did.
 in epit. de sponsa. glo. 2. p. c. 1. §. 1. nu. 4. & 5.
 24 Plane & mōstra & hominū, quæ iudicio pol-
 lēt matrimoniū cōtrahūt, & hermaphroditū,
 nec enim supra vires naturę p̄creātur, sed in-
 suctas p̄ter aliorū formas; Verū nō utroq;
 25 sexu vtēdi eis facultas datur, sed eo tantū in
 quē incalēscūt magis l. queritur ff. de sta. ho-
 mi. cū aliter horrēdū magis mōstruū p̄dieret,
 duos in vno matrimonio viros esse, duasq;
 vxores; & si vicib⁹ coirēt parerētq; vterq; in
 pariēdo vxor, & gignēdo maritus foret. Plane
 si aequali potētia in vtrūq; incalēscant se-
 xū, quæ malint deligere cogūtur quo vti ve-
 lint: Electione facta vir alter, vxoris ali⁹ fun-
 gētur officio: Epi auctoritate id fiet sacramē-
 ti etiā adhibita religione, ita vsuros matri-
 monio vti facta electio est. gl. Bal. & Guiler.
 in d. l. queritur. Siluest. & Tabien. in sum. ver-
 bo hermaphroditus. Demirāda sane res cū
 26 hermaphroditū & neutrū sint, nubere possint.
 27 Hinc nostrates docuerūt statuta & municipi-
 alia quæ mulieres cōtrahere nisi certa iubēt
 solemnitate, hermaphroditos nō cōtinere l.
 hoc legatū ff. de lega. 3. qui tex. insignis est ad
 institutū Bal. in l. oēs populi co. 7. vers. si sta-
 tutū dicat ff. de iusti. & iu. & in §. omniū d. ac-
 tio. in prin. Et statuta feudorū successionem
 masculis dēfēretia eos nō cōprehēdūt Bal.
 cōf. 237. li. 3. Ang. cōf. 256. Corn. cōf. 137. n.
 10. li. 1. recentiores in l. 1. ff. de ver. obligat.
 28 Ego vero aliquādo in grauiorē incidi & du-
 bitationē, quid si naturę calor immutetur, nā
 id aliquādo cōtingit, in his an maritus in vxo-
 rē mutabitur, aut vxor in virū promissis stā-
 dū cēseo iuratis, & si hui⁹ auctorē questionis
 legerim nullū q̄ ita Sacramentū susceperint:
 etiā enim iterū agi Sacramentū possit matri-
 monij, & inter iterabilia (vt nostri aiūt) nume-
 retur, in eisdē nō intelligere nubētibus, sed
 cū moritur alter iterari denuo pōt, Et quo-
 ties morte matrimoniū soluitur, quemadmo-
 glo.

dū & Domi. Sor. Vict. & ceteri in 4. explicāt.
 Vual. in Au. Cāde. tit. de Sacram. & turma-
 tim ceteri. Graph. 2. p. decis. li. 2. c. 1. n. 5. Et
 hęc cū incalēscēdi aliquando vis fuit immu-
 29 tata: Sed & si naturę instrumēta inuer⁹, dissol-
 ueretur matrimoniū neq. a veritate rē alienā
 30 aut fabulosā testatur & Plin. li. 7. c. 4. qui in an-
 nalib⁹ P. Licinio Crasso, & C. Cassio cōf. Caf-
 sim filiū puerū ex virgine sub parētibus factū
 legit, & insū Aruspiciū indefertā insulā depor-
 tatū fuisse. Aul. Gelli. li. 9. c. 4. Licinius Mu-
 tianus p̄didit, a se expectatū Argis Ariscōtē
 virū, cui nomē Areusa fuit, cū antea vt fami-
 na ad nuptias traducta foret, in virū euasit,
 barba & virilibus ortis, quæ & post vxorē du-
 xit quin idē scribit Smirna visū a se puerū,
 qui antea puella esset D. Aug. li. 3. d. ciui. Dei
 c. 31. eadē p̄bat, quin magis feminas galli-
 nas, & homines in masculinū sexū cōuersas &
 ea gētiliū historicis libris enarrari. Volater-
 ranus lib. 29. tit. de Vesica. ad finē (mirabile
 dictū) affirmat & Alexand. VI. Ponti. Max. li-
 31 bellis supplicib⁹ aliquādo expositū. Cū ado-
 lescēntula nupsisset, in virū mox trāsformatā,
 absolutiois, expiationis, & dispēfationis er-
 go Pontificē adisse, a quo & diploma exora-
 32 uit. & Bapr. Ful. li. 1. regnāte (inquit) Ferdinā-
 do Ludouici Cuarne. Saleritani ex quinq. se-
51 Primum hodierno iure dicti Concilij non sufficere copulam post protestationem ad inducendum matrimonium quia contractus ab initio nullus, sequenti copula ratificari non potest, nisi accedenti nouo consensu coram Parocho, & testibus iuxta cap. 1. de reform. matrimo. session. 24. & docet in terminis Matien. in glo. 1. rubri. titu. 1. lib. 5. num. 66. & num. 57. & 63. Gutier. lib. 1. cano. qq. cap. 18. num. 1. 2. & sequent. de quo articulo latius lib. 2. diff. 17. num. 40. & post num. 70.

52 Alterum metus exceptionem & etiam iure hodierno iuste opponi posse aduersus matrimonium, quoniam dici matrimonium nequit, cum metu contractum dicitur l. metum §. volenti. ff. quod me. cau. Alex. & Bar. in l. 1. §. & parui num. 7. ff. quod vi aut Clam. Asini. in præc. §. 31. cap. 36. neq. vbi adest metus actus valere potest etiam de iure naturali. Innocent. in cap. quod sicut in glos. magna num. 11. de electio. Bal. in cap. 1. §. item sacramenta num. 1. & 9. de pace. iuramen. firman. Cæpol. conf. 40. ciuili in fine Marfi. conf. 8. num. 16.

Et deniq. statutum excludens omnes exceptiones, metus exceptionē excludere non censetur Deci. in cap. ex. par. in 2. nu. 60. vbi Felin. num. 10. de officio. delega. Meno. qui alios trac. de præsump. lib. 2. præsum. 48. num. 17.

53 Quartus casus, quoties post & contractum matrimonium & sequam copulam ex his alter affirmaret, se non animo cōtrahendi coiffe: confessio enim hæc nõ à iure recipitur præsumit enim, & iuris & de iure præsumptio est, sequam ideo coitionem, vt matrimonium perficeretur cap. is qui fidem de sponsa. glo. ibidem & ceteri, & ea veluti nouo superueniente consensu priorem voluisse coeuntem,

promissionem cōfirmare Panor. & Canonici iuris interpretes supra Alcia. de præsump. reg. 3. præsump. 38. Dida. in epito. de sponsa. 1. par. c. 4. §. 1. nu. 1. Et qui alios Meno. de præsump. lib. 3. præsump. 1. nu. 6. & 7. Andr. Gail. obseruati. lib. 2. obserua. 93. num. 27. Graph. 2. par. lib. 1. c. 12. nu. 45. & 46. Masc. 2. tom. de proba. conclu. 1027. n. 3. & 4. nouissime Patia. tract. de proba. lib. 1. ca. 38. nu. 17. qui eam reddit rationem & post alios, quod assertio contentis, & si ab animo pēdeat & consequenter ei standum videatur, cum tamen finis in materia in qua vnus alteri præiudicare non potest, non stabitur huiusmodi assertioni in alterius præiudicium Sanch. supra num. 18.

55 Hæc igitur vnus confessio & nihil prodest aduersus iuris & de iure præsumptionē, quæ non infringere matrimonium potest contractū c. super eo de eo qui cogno. consan. vx. sue.

56 Dida. & vero discentit. d. §. 1. n. 4. Nam etsi confessioni inquit litigatis aduersus matrimonium non stetur, at illius probatur, qui cōtendit, matrimonium contractū, & valuisse aduersus sui ipsius confessionē ex glo. & tex. celebri in c. attestations de desponsa. impub. Arguta sane obiectio si vera foret (& si aliter atque aliter Meno. in huius obicis dissolutione laborauerit in d. præsump. nu. 11. & 12. & de arbit. iudi. lib. 2. casu 103. num. 7. & 8.

57 Ipse illius & capitis, attestations, verū præter alios sensum docui, ideo illic confessioni coniugis aduersus se ipsam statū, quia cōfiteretur ea quæ ius ipsum, nisi cōtrariū probatio ostēderit, præsumit: confessa mulier fuit virū nõ dū puberē virginitatis tentasse claustrum perfringere: præsumit ius hunc adhuc impuberē impotentē; nec copulæ aptū aut cōiunctioni muliberi & si secus, si malitia vti glos. ait atatem superaret glo. & tex. in ca. puberes ex. de desponsa. impube. Graph. d. c. 12. nu. 9. Viui. opin. 491. nu. 1. Sed & confessa ibi mulier, se virginem euasisse, & cum qualitas & quidem sit à natura indita facillime præsumitur Panor. mit. Cardin. & alij in cap. 1. num. 5. de adulte. Crauet. qui multos consil. 166. nu. 5. Masc. tract. de proba. isque in numeros recenset conclus. 1410. a num. 1. Alciat. de præsumpt. regu. 3. num. 1. diffuse Meno. trac. de præsump. lib. 6. præsum. 89. a num. 1. Triui. decis. 26. lib. 2. nu. 16. quare a crebiori recedendum sententia non est, quæ sequitur Mascard. tra. de de probat. 2. tom. conclu. 1027. num. 6. 7. 8.

59 Quintus casus & ad eos pertinet, qui matrimonium infringere nolint, ambo vero impedimentum fatentur, si enim cum his & fama conueniat his credendū est Panor. in c. super eo. nu. 6. de eo qui cogno. conf. vx. sue. Me-

60 no. d. c. 103. nu. 9. ¶ qui in id plurimum iudicis arbitrio tribuit, vel collusionis aut alterius mali intuitu, & ante cum Dida. d. c. 4. §. 1. nu. 4. Circumspectus igitur iudex cuncta rimabitur, sed de hac questione r. latius comparat. 15. Neq. ¶ omnino displicet Menochij animaduertio quedam quid d. presump. 1. n. 12. opinetur, summam fore constituendam differentiam, inter causam d. c. super eo. & c. is qui fidem de sponsa. Nam in priori capite non coniuges inficiantur consensum, contra-ctumq; vt antea dixi matrimonium, sed dissoluedum aiunt aut thorum conjugalem separandum, quibus nisi fama, aut alijs confessionem iuuantibus non creditur; facile enim sic coniuges colluderent, & nexum huc alioquin indissolubilem intercinderent: hoc autem graue esset & ingens reipublice Christiane malum, cui obuiandum est l. in fundo de rei vedita. in c. is qui fidem, matrimoniu igitur, an sit contractum ob presump. consensum: ex subsequuta (vt antea dixi) copula presumitur. At cu vterq. non animo contrahendi fatentur coisse, consensus sublatus est ille presump. ita fit vt matrimonium non dissoluatur, sed non contractum declaretur. Vera ¶ tamen animaduertio non est cum presump. sit in. & de iure, aduersus quam nihil coniugum confessio possit, vt nec secundum palam & solemnij adhibitis celebratum matrimonium illic valeat, quod primo infringatur presump. lex enim canonica verum ¶ esse iudicat, & in contrarium nullam admittit probationem d. c. is qui fidem in 1. par. Ceteru quoad casus alios pertinet sponsalioru Meno. ad eundem qui non indiligenter eos fecernit & explicat d. casu 103. nu. 1. cu seq. & d. presump. 1. num. 2. dicimus in comparatio. 15.

61 animaduertio quedam quid d. presump. 1. n. 12. opinetur, summam fore constituendam differentiam, inter causam d. c. super eo. & c. is qui fidem de sponsa. Nam in priori capite non coniuges inficiantur consensum, contra-ctumq; vt antea dixi matrimonium, sed dissoluedum aiunt aut thorum conjugalem separandum, quibus nisi fama, aut alijs confessionem iuuantibus non creditur; facile enim sic coniuges colluderent, & nexum huc alioquin indissolubilem intercinderent: hoc autem graue esset & ingens reipublice Christiane malum, cui obuiandum est l. in fundo de rei vedita. in c. is qui fidem, matrimoniu igitur, an sit contractum ob presump. consensum: ex subsequuta (vt antea dixi) copula presumitur. At cu vterq. non animo contrahendi fatentur coisse, consensus sublatus est ille presump. ita fit vt matrimonium non dissoluatur, sed non contractum declaretur. Vera ¶ tamen animaduertio non est cum presump. sit in. & de iure, aduersus quam nihil coniugum confessio possit, vt nec secundum palam & solemnij adhibitis celebratum matrimonium illic valeat, quod primo infringatur presump. lex enim canonica verum ¶ esse iudicat, & in contrarium nullam admittit probationem d. c. is qui fidem in 1. par. Ceteru quoad casus alios pertinet sponsalioru Meno. ad eundem qui non indiligenter eos fecernit & explicat d. casu 103. nu. 1. cu seq. & d. presump. 1. num. 2. dicimus in comparatio. 15.

62 Secundo ea ¶ terminari questio pot vtum matrimoniu sicut alij contractus, signis perficiatur. Plane in reliquis ¶ contractibus docent omnes, nutu, signis, nuntio, epistola, & vocib. consensum recte exprimi l. pater naturalis ff. de adop. l. consensum ff. de actio. & obligatio. nisi lex expressum vellet adhiberi, nec enim tuc tacitus qui signis elicitur sufficeret Tiraq. de ll. connubia. glo. 7. nu. 7. & licet is inibi casus adferat quosdam in quibus expressus exigitur, alios qui tacito perficiuntur consensu, quoad ¶ matrimonium spectat, crebrius creditum est, signis, nutu, qualitercunq. volentis nubere voluntas conijciatur, matrimonium recte confici. Nam ex accidenti substantia inmutari nequit, matrimonium autem & mutus contrahit c. cum apud ex. de spofa. id autem si verbis opus esset non posset. & in hanc itum fuit crebrius opinionem glo. Panor. Imol. Prapo. Anton. Cardin. atq. alij

in c. tuæ ex. de sponsa. ex Theologis fere omnes, eos recenset Dida. in Epito. ad 4. 2. par. c. 4. a nu. 1. quibus addendi ex iuris ciuilibus interpretibus Alex. conf. 146. lib. 5. idem in l. de pupillo §. meminisse ad finem vbi communem ff. de no. ope. nuntia. Faber. Angel. & Iass. & Porti. §. nuptia iustit. de nup. Boeri. decis. 1. num. 18. idem vtramq. exagigant questionem diffuse conf. 40. n. 2. 1. alibi. Did. in relectio. c. quamuis pactu de pact. in prin. nu. 4. Graph. d. c. 12. nu. 10. ad finem Viui. opinio. 488. n. 1. Carroci. trac. de iura. decis. quest. 11. 13. in prin. nu. 2. & 3. Doctre Azpil. conf. 38. nu. 12. tit. de sponsa. & paucis relatis Spinus tracta. de testam. glo. 15. nu. 4. & Matien. in lib. 5. tit. 1. glo. 1. rubri. n. 22. Mando. qui communem ad Lapp. allega. 56. litter. Y. vbi multos recenset Viual. sed & Grego. Lop. Mascar. Matien. Huma. Care. Dida. Alex. de Neuo. & alij plures quorum communem duxit opinionem Sanch. de Matrimo. to. 1. lib. 2. dispu. 31. a nu. 5. & seq.

67 Aduersam autem ¶ sententiam glos. docuit Henri. Boy. & ex vetustioribus interpretibus quidam, quos Panor. memorat in d. c. tuæ & Dida. in d. c. 4. & pretereos in eadem confendit nouissime Tiraq. ad ll. connubia. glo. 7. nu. 17. vers. facitq. & Prapof. qui communem in d. c. tuæ, at ij aiunt in his, qui loquuntur, verba exigij, quibus mutus dignosci possit consensus, in alijs signa exteriora sufficere cap. tuæ de spofa. Porro. cum certa sit verborum formula ait Tiraq. in matrimonio statuta c. si inter de sponsa. c. licet. ex. de sponsa. duq. ab ea forma recedendum non est. Dida. sustulit obiectum c. tuæ de sponsa. dupliciter: primo Roma. Pontifex verba voluit, scilicet, quibus certior consensus probatio desinat, quemadmodu illo priores, imo ¶ & alij quidam tradiderunt. Non tuta autem responsio est: quis enim dubitare potest verbis expressis probationem elici dilucidam, & perspicua, nec magis turpe esse potest (inquit) idem, quam aduersus ea venire, que quispiam dilucida est voce protestatus c. per tuas de probatio. quis etia dubitare potest expressum verbis consensum, tacito qui signis, aut nutu elicitur prestantior? ad que oes in l. no solu §. morte de no. oper. nuntia. in c. cu M. Ferrariensis de constitu. de indubitabili igitur sensus est qui recipi no pot. Aliter ¶ idem. Dida. & cu tex. vellit verba, exponendus sit, id est signa exprimentia consensum necessaria sunt: inter que verba principatum ait ille obtinet: Deterior, & que tali, & raro viro digna no est interpretatio; vt me eam referre pudeat: quasi verba & signa eade sint, qua absurdum autem id sit, nullus ignorat: Na Innocentius aperte tertius in d. c. tuæ verba a signis distingit vt glo. ibi in verbo

sine

sine verbis recte declarat. Sed & in capi. cu apud eo. tit. de spofa, in fine. ita, cu quod verbis no pot. signis valeat declarare. Mihi autem ¶ non facit, nam cum vult verba necessaria quo ad Ecclesiam que de occultis non iudicat, non signa excludit exteriora, nec eis negat consensum ostendi ipse. Id ipse noue aliquando vera ratione declarauit, nam cum vt non semel ante docui ¶ copula sequens matrimonium presump. inducat, & si protestatio non contrahendi preceserit, Et quidem etiam (ita enim recte dicimus) dissensus d. cap. is qui fidem de sponsa ¶ ad copulam autem consensum explicitus non exquiritur, tacitus sufficit cap. commissum de sponsa D. Thom. in 4. distinct. 28. & ex multis Dida. in epito. cap. 3. num. 1. par. 2. illis textus verbis, signa, nutum, copulamq. quibus & matrimonium producitur, exclusa no fuere. Paucis ab hinc annis (rem nunc notissimam memoro) cum puella nobilis Barcinone aduersante matre, nobili cuidam viro nuberet, atq. adstantibus plerisq. parochis & alijs post interrogatum virum & ab eo solitis verbis emissis. Ego te in coniugem, cum ad eam ventum, nusquam rubore tota, & veredundia percussa, quod matre nolente nuberet, verba dicere potuit, Ego te in virum, & cum instanter ¶ parochio & alijs impelleretur, nihil aliud respondebat nisi, iam dixi. Orta demum grauissima controuersia, an matrimonium foret, tandem alma Romana Rotæ Arelto duplici, iudicatum matrimonium fuit. Quod nutu & verbis illis iam dixi consensum expressisset, propter veredundiam enim puelle facile annuit, qua loquatur cap. honorantur 32. q. 2. dixi late. 1. comparatione 11. in vers. 4. declaro.

73 Neq. Tiraq. ¶ opinio admitti potest quia falsior nulla sit in matrimonijs contrahendis verba certamq. illorum formulam prescriptam a iure fuisse: cap. si inter de sponsa. cap. licet ex. de sponsa. duo. a qua recedere non liceat, cum sufficiat consensus verbis aut signis expressis; Neque ¶ vt in ceteris Sacramentis forma aliud a materia est, in hoc solus consensus materia & forme vim sustinet: Concilium Florentin. de Sacram. matrimo. versic. 7. diserte Sot. in 4. distinct. 26. quest. 2. Victo. de matrimo. 1. part. & alij plures quos recenset Spin. d. glo. 15. nu. 11. Nec oberit Tiraquel. ratio, que eum & alios multos fessellit, qui aduersam auctoritate & numero plures docuerunt, qui supra: tex. autem in d. cap. si inter, & in cap. licet aduersam probant sententiam na ¶ non asserunt certa & diffinita ab Ecclesia verba fuisse prescripta, quibus contrahentes se inuicem in matrimonium copularent, sed consensum debe-

re voluntantum eos ostendere, vel verbis illis, Ego te in meam accipio: Et ego te in meum: addit tex. in d. c. si inter: vel alia verba consensum exprimentia de presenti. Sed ¶ & tex. ¶ in d. c. licet eadem ipsa asserta verba, cum antea dixisset, consuetis verbis consensum contrahentes producere posse. Nouissime S. Tridentinum Concilium idem in c. 1. de reformatio. matrimo. sess. 24. verbis illis: *Vel alijs verbis iuxta receptum vniuscuiusq. Prouintie ritum:* si diceret cum Tiraq. quispiam, verba saltim, iura hæc postulare non signa: id ipse non diffiteor, sed no ea (vt paulo ante dixi) abnegare & signis, & nutu matrimonium perfici posse, quibus & consensus super & satis declaratur. His in tuitionem accedit ¶ promissionem presenti factam dici pactum, & licet verba deficiant consensus tamen adelt l. 1. §. si quis ita de ver. oblig. & ibi glo. in verbo annuisset l. labeo ff. de pac. l. si stipuler ad finem de ver. oblig. Et vt subtiliter Cagnol. animaduertit in rub. C. de pac. num. 18. verba ¶ in pactis necessaria no sunt præterquam in stipulatione, que ob id a pacto distinguitur.

79 Ab eodem illo principio ¶ defluit furiosos, mentecaptos, Ebrios & qui sensu caruerint, matrimonium non iure contrahere: nam idem in ceteris locum vindicat conuentionibus, & vltimis preterea voluntatibus. §. furiosus instit. de inutil. stipul. vbi glo. Ange. Faber. Por. Pau. & posteriores in l. is cui bonis de ver. oblig. l. sanu mente vbi ceteri C. de trasactio l. furiosum C. qui testa. fa. pos. l. patre furioso de his qui sunt sui vel ali. iur. Dec. in l. in negotijs ff. de reg. iur. colligit Viui. opinio 544. a nu. 6. Ita quidem in matrimonio c. neq. furiosus 32. q. 7. l. furor ff. de rit. nup. c. dilectus filius de sponsa. Bart. & Iass. in d. l. patre furioso, Panor. & ceteri in d. c. cu dilectus Cened. coll. 148. Viui. decis. 288. a nu. 7. Graph. 2. par. decis. lib. 2. c. 12. nu. 27.

80 Rationem aliquando præter ¶ alios reddidi, quod matrimoniu plurimu assimilatur societatis contractui can. cum societas 27. q. 2. Et inferius dicemus: at societas cu vltrocitroq. contractus sit obligatorius l. societates contrahuntur §. final. ff. pro socio. qui sensu caret nequeunt hunc inire contractum Alciat. de presump. regu. 1. presump. 25. n. 2. Meno. de presump. lib. 3. presump. 56. nu. 7. nisi dilucida furiosi interualla habuerint, & ebrij sint, quibus vinum totu sensum interceperit, vt interpretes in locis supra citatis declarant, que cum notissima sint non alia indigent declaratione. Et post hæc scripta Sanch. de mat. lib. 1. dispu. 8. a nu. 15. cum seq. vbi latius quando furiosi contrahere matrimoniu possit, dementes, & ebrij.

SUMMARIUM.

- 1 Tractatus precedit contractus.
- 2 Tractatus precedit matrimonium.
- 3 Matrimonium precedente parentum & amicorum tractatu honestius agitur.
- 4 Dictum testis dicentis se interfuisse tractatui non probat contractum.
- 5 Tractantur multa que non finiuntur.
- 6 Finis rerum spectatur.
- 7 Tractatus solus nullam producit obligationem.
- 8 Tractatus matrimonij non probat matrimonium.
- 9 Tres de tractatu matrimonij non probant dotem nec matrimonium.

COMPARATIO. IIII.

IN CONTRACTIBVS TRACTATUS PRECEDIS, ID IPSUM IN MATRIMONIO, & QUE INDE UTILITAS.

- 1 **M**ATRIMONIUM + cum alijs conuenit contractibus, vt cum in his contractatio quaedam precedit priusquam consensu perfectio rebuq. vicissim compositis finem conuentio accipiat. l. si voluntate C. de recinden. ven. quam Bal. illic & Salice. singularem aiunt & iuris meliorem glo. cum tex. in l. eleganter ff. de condic. inde & ibi Iass. l. sciendum §. dictum in vers. ea autem sola ff. de Adeli. edic. c. tua nuper in verbis, tractatu atq. consensu, de his que fi. a prela. c. r. de reb. Ecclies. non alie. Bald. in l. multu interest n. 26. C. si quis alteri. Demu contra-ctus vno pacifcentium consensu finitur, qui aliquando in emptione, in venditionem, sepius locationem, aut alteram definit conuentio- nem nominatam vel innominatam l. r. ibi duorum plurium ve in idem placitum, & con- sensus de pact. l. r. de ver. oblig. l. 5. §. stipu- latio eo. tit. l. contractus, illis verbis & pos- tremo partibus absoluta C. de fide instrum. §. r. ibi simul atque de pretio conuenerit in- stit. de empt. & vendi. Sic in + matrimonio, id enim vti solet, frequentius honestiusq. + agitur, cum parentibus consanguineis & ami- cis, tutoribus si minores sint, vel curatoribus si adulti fuerint contraheutes l. in coniu- ctione C. de nup. c. honorantur 32. q. 2.
- 4 Huius noue investigationis + utilitas pro- dit ab ea disputatione quam glo. scripsit in d. l. eleganter de con. inde vbi Iass. docet. Non recte testem dicere, qui an contractui interfuerit interrogatus, respondit, non fini qui consensu perficitur, sed tractatui, ad fuisse: cum pleraque vt glo. ait + tractentur que finem nullum habeant Bal. in d. l. multum interest num. 26. idem Bald. in l. cum allegas

num. 8. C. de vsur. Alex. conf. 13. nu. 17. Deci. conf. 463. num. 1. idem Deci. conf. 488. in causa & lite nu. 9. Paul. de Casfr. conf. 241. Anto. Crof. conf. 60. n. 1. lib. 1. & paucis ad- ductis, Andr. Gail. obseruatio 140. lib. 1. nu. 10. 11. 12. Cum enim finis + rerum veluti ad sagitam scopus attendi debeat l. r. C. de no- uo. co. facien. glo. inc. scientes de censib. l. si mater in fi. c. ne de stat. defuncto. Ita fit vt tractatio + sola nullam producat obligatio- nem, priusquam a pacifcentibus conuentio fi- nita sit d. l. si voluntate. C. de rescin. ven. d. c. r. de reb. Ecclies. non alie. Alex. conf. 18. & conf. 28. vol. 1. Andr. Gail. d. obserua. 140. egregie Surd. decis. 71. n. 1. & decis. 291. nu. 11. Idem sane + in matrimonio & dote cen- sendum, vt testium obseruatio + affirmantiu confabulationibus, & tractatu matrimonij vel dotis interfuisse non probet: eadem enim ratio huius, qualis aliarum est conuentio- ni Bald. in c. fina. n. 8. de iuram. calum. Deci. d. conf. 488. num. 9. Meno. tracta. de arbit. iud. questio. casu. 470. a num. 1. qui & coniecturas recenset quibus contractus a tractatione fini- tus presumitur. Viui. qui illius non meminit decis. 342. a num. 8. Gail. d. obseruatio. 140. Surd. decis. 291. nu. 8. & nu. 11.

SUMMARIUM.

- 1 Societas contractus expressim iniri, & tacite potest.
- 2 Societas tacite ex coniecturis elicitur.
- 3 Societas ex cohabitatione presumitur.
- 4 Matrimonium cohabitatione presumitur.
- 5 Socij sunt vir & uxor humana & diuina domus.
- 6 Matrimonium ex promiscua communione pre- sumitur.
- 7 Matrimonium ex cohabitatione presumitur inter pares.
- 8 Matrimonium presumitur ex cohabitatione de iure civili ad euitandam presumptionem delicti.
- 9 Matrimonium non presumitur de iure canonico ex sola cohabitatione sed potius concubitus.
- 10 Matienici opinio damnatur.
- 11 Ius canonicum in foro interiori potius pecca- tum presumit.
- 12 Didaci ratio improbat.
- 13 Delictum in foro conscientie presumitur.
- 14 Matrimonium nisi vbi de filiorum legitimitate agitur non presumitur.
- 15 Matrimonium cui non presumatur, ratio noua.
- 16 Matrimonium sacramentum forma & mate- ria perficitur.
- 17 Ius civile ex cohabitatione tantum longeva matrimonium presumit.

Iuris

- 18 Iuris civilis finis, Reipublice tranquillitas, non salus animarum, sicut iuris canonici.
- 19 Societas morte extinguitur.
- 20 Matrimonium morte dirimitur.
- 21 Societas extincta innouari potest expressim & tacite.
- 22 Societas tacite instauratur cohabitatione.
- 23 Matrimonium post diuortium mutua cohabi- tatione instauratur.
- 24 Diuortio renuntiatum censetur ex coniugum cohabitatione.
- 25 Reconciliatio amicitie reintegratæ signa of- tendit.
- 26 Matrimonium diuortio separatam cohabita- tione reintegratur.
- 27 Matrimonium reintegratum post diuortium, nouo adulterio infringitur.
- 28 Is qui in diuortio obtinuit, potest alteru recu- perare si velit & sententia renuntiare.

COMPARATIO. V.

MATRIMONIUM SOCIE- TATI ASSIMILARI, QUAE INDE SEQUANTUR.

- 1 **C**ONVENIUNT quinto, so- cietas + contractus expressim iniri & tacite potest, vt Paulus scribit l. nam cum tractatu ff. pro socio. Nam cum (ait) tra- ctatu habito, societas coita est, pro socio actio est: cum sine tractatu in re ipsa negotium communiter gestum videtur.
- 2 Tacita + autem coniecturis elicitur & pre- sumptionibus Bal. conf. 304. lib. 1. Iass. conf. 2. lib. 3. Deci. conf. 21. Meno. tracta. de pre- sumptio. lib. 3. præsump. 56. a num. 4. & pre- ter eum Aluar. Velas. decis. 34. num. 3. eru- ditissimus Surdus decis. 267. nu. 6. qui mul- tos Viui. opinio. 728. num. 1. 2. idem decis. 431. num. 5. & 6. lib. 3. vt cum multis socie- tas conijci possit tacita, presumptionem il- lic omnes insigniore edocent, + quoties cohabitatione annorum mutuo inuicemq. domi fratres, atq. consanguinei etiam, ne- gotia tractant, & fraterna quadam commu- nione sollicitant, indiuisa bona possident, lu- cra conferunt & damna, Bart. in l. Titium §. altero nu. 5. ff. de adm. tuto. quem frequen- tius omnes sequuntur Iass. in l. r. num. 10. C. qui tes. sa. poss. Alciat. tract. de præsump. reg. 1. præsump. 25. nu. 2. Capha. cōf. 247. nu. 26. lib. 2. Crauet. cōf. 26. n. 1. & alij plures quos memorat Viui. opinio. 728. a nu. 1. idem qui alios decis. 431. nu. 6. li. 3. Meno. lib. præsump. 3. præsump. 56. n. 25. qui ad mediū post Bart. & posteriores eam reddit ratione, tunc so- cietas contracta censetur, quoties actus illi quos nunc memorauī, citra ius & societatis

nomen celebrari nequeunt. l. pro hęrede §. Papinianus, illius argumento ff. de acqui. hared. vt pluribus ostendit idem Meno. ibi. cum nec donationi alteri ve. Conuentio- ni, quibus minime adstipulatur, conueniant idem respondit Surdus decis. 267. num. 6.

- 4 Matrimonium + itidem presumitur co- habitatione longa, tractatu communioneq. viri & mulieris: Est enim societas, & ab ea ad sponsalia Innocenti. argumentatur in ca. 2. de sponsa. vt enim (ait) societas verbis co- trahitur, & contrario dissoluitur consensu: sponsalia & si iuramenti religione sacrata fulcita verbis contrahuntur & contrario sol- uuntur consensu. Rursus + vir. & vxor socij sunt diuina & humana domus l. r. ff. de rit. nup. & in societate degere dicuntur can. cum societas 27. q. 2. Sed non in omnibus socij dicemus inferius lib. 2.

6 Igitur + matrimonium tacite contractum cohabitatione presumitur, & promiscua co- munionem, iure ciuili: huius assertores senten- tię fuere (dum pares + fuerint) glo. in l. in concubinato ff. de concubin. & altera in ca. 1. 30. q. 5. ex l. in libere ff. de rit. nup. post mul- tos Alciat. tract. de præs. regu. 2. præsump. 5. n. 1. Paleo. tract. de No. & spu. c. 5. nu. 4. Dida. qui alios in Epito. de sponsa. 2. par. c. 1. nu. 5. Et quod ad filioru etiam legitimatione atti- net vt ille sentit & Meno. de præsump. lib. 3. præsump. 1. num. 68. Mascard. tom. 2. de prob. conclus. 1021. a num. 1.

8 Induxit ciuile ius + presumptionem, quod cohabitatio mutua que societas citra ius nomenq. matrimonij fieri non poterat, nisi delictum daretur, id autem presumendum non sit l. merito cum alijs ff. pro socio.

9 Iure + autem Canonico secus est statutū, eo enim concubinatum magis quam matri- monium presumi glo. in d. ca. 1. 30. q. 5. Panor. in c. illud de præsump. Feli. ibi nu. 15. Alciat. in tracta. de præsump. regu. 2. præsump. 5. n. 1. Paleo. supra nu. 4. c. 5. Did. 5. nu. 5. & 6. Mar- tien. lib. 5. tit. 1. glo. 1. nu. 23. qui + cum asser- rat etiam de iure Canonico ex cohabitatione decem annorum matrimonium inter eos- dem presumi aduersus receptiorem loqui- tur. Veramq. sententiam qua non recte ex- pendit, & comprobat Mascard. d. conclu. n. 2.

11 & 5. Meno. de præsump. nu. 69. in foro enim + interiori fatius esse ius canonicū statuit pec- catum presumere c. aliter. 30. q. 5. c. illud de præsump. clemen. 1. de consangu. & affini. pre- cipue vbi de alterius matrimonij dissolutio- ne ageretur Paris. cōf. 59. nu. 7. lib. 4. Dida. & Meno. supra Mascard. tract. de proba. 2. to. cō- clu. 1021. n. 6. cū magis inquit Did. + ciuilia iura concubitu qua consensu inspexerint. Que ratio non tuta est, cū & ius Cæsareū consensum

B 4 non

13 non concubitus querat l. nuptias de reg. iur. Adherent & autem frequentius ceteri rationi huic, praesumi in dubio delictum in foro conscientiae cum de salute agitur animae c. iuuenis & ibi glo. de sponsa. in c. de scrutinio in c. consulti de regu. c. constitutus de religi. domi. Felin. qui alios in c. in praesentia num. 13. de proba. vbi Deci. num. 15. Alciat. a multis trac. de presump. regu. 3. praesum. 1. Soci. iun. conf. 29. lib. 2. in fine. Meno. supra idem Meno. lib. 5. praesump. 2. num. 40. qui erudite exempla ostendit.

14 Deniq. & matrimonium nisi de filiorum legitimitate ageretur non praesumi glo. in d. cap. 1. 30. q. 5. docet Panor. & Imo. in cap. lator qui filij sint legi. Lup. de matri. par. 2. nu. 12. Felin. in cap. illud nu. 15. de praesump. Dida. supra Caphal. conf. 435. nu. 64. lib. 3. Meno. qui pene in numeros refert conf. 199. nu. 48. lib. 2. & d. praesump. 1. lib. 3. nu. 70. & prater eum extat celebre & famigeratum Gemina. conf. 27. num. 8. & in Summo Romano pretorij Senatu iudicatu sapius video decis. 34. num. 19. par. 2. in nouissi. & decis. 480. num. 5. 1. par. decisio Robult. 79. a nu. 1. 1. par. qui & coniecturas recenset. octo decis. 66. par. 3. que ad longam cohabitatione non omnino decem annoru spatia exquirat.

15 Ipse autem & aliam reddi rationem posse animaduerti. vt cum matrimonium sit & Sacramentum, & forma materiaq. indigeat vt alia a Deo fuerit instituta iuxta omnium traditionem, quam Florentinorum Consilium veram edocet in principio Dida. in Epitome de sponsa. par. 2. cap. 1. §. 1. nu. 2. & 7. Spin. de testam. qui ambo Theologos memorant glo. 15. nu. 45. cum sequen. & qualitas hac non nobiscum oriatur, nec enim quisquam baptizatus nascitur, vinctus, confirmatus, ordinatus, vel vxoratus. Matrimonium ideo no praesumi video c. cum in iure de offi. delega.

17 Ius plane & civile ideo ex cohabitatione tantu lingua matrimonium praesumit, quia illius iuris & finis obiectum, non animarum salus, sed reipublice est tranquillitas, canonico animarum aeterna foelicitas demum reipublica gubernatio status, Fortan. nos ter tracta. de vltimo sine in n. 3. Petrus. Ledan trac. de priuil. docto. q. 84. nu. 163. Corasi. de iur. ciu. in artem redigen. cap. 21. Poni. trac. de censu. art. 1. num. 1.

19 Porro cum & societas morte extingatur l. 4. vers. Dissociamur ff. pro socio. Dissociamur (inquit) renuntiatione, morte capitis diminutione, & egestate & in l. veru §. fin. eo. rit. l. tamdiu C. pro socio §. manet instit. eo.

20 Matrimonium & morte dirimitur, solutus est enim qui remanet, a lege alterius c. super c. cum secundam Apostolu ex. de secudis nup.

Et sicut societas dirimitur contrario consensu d. l. 4. d. l. tamdiu. potest matrimonium consensu vtriusq. dissociari quamquam dissolui nequeat, velut si vterq. religionem, aut perpetuam deuouerint continentiam c. cum fis. c. dudum de conuer. coninga.

21 Rursus societas & mutua semel defecta in nouari potest & denuo institui d. l. tamdiu d. §. manet, & tacite, verbis sine coniecturis, & praesumptionibus l. plane ff. pro socio latissime Meno. conf. 121. nu. 72. lib. 2. & lib. praesump. 3. praesump. 57. a nu. 2. eam praeceteris scriptores potiore existimant coniecturam, & quoties cohabitatio instauratur, lucra & incommoda inuicem sicut antea conferuntur, nihil deniq. a pristino primae societatis statu diuersum spectatur. Meno. qui in numeros adfert d. cos. 121. & d. praesump. 57. in matrimonij contractu, thori, aliquando alia ve iusta causa, facta coniugum separatione, indicoq. iudicis sententia Ecclesiae diuortio, mutua vtriusq. post sententiam reconciliatio ne denuo & societas & habitatio ant expresse c. gaudemus de conuer. coninga. vbi ad notare solent interpretes. Aut & tacite inuicem habitado vel coeando restituitur, vt nequeat alter post recedere nec priori cui tacite renu cialse censetur sententiae separationis thori adherere. c. si quis vxorem 32. q. 1. cum duobus sequentibus. Sicut enim & reconciliatio sequuta, amicitiae reintegrata signa ostendit, iniuriam, odiumq. remissum, vt legatum semel ademptum denuo deberi incipiat l. 3. §. fin. ff. de adimen. lega. illic. Bart. Alex. conf. 91. nu. 4. lib. 7. Iass. in authen. no licet nu. 20. C. de libe. prater. Soci. iun. conf. 59. nu. 19. lib. 3. Alciat. cos. 628. Pari. conf. 1. n. 139. lib. 1. Ita & diuortio semel matrimonium disiuictum cohabitatione, & coitione in pristinu censetur statu perductu, vt de adulterio amplius agere maritus nequeat aut e contra vxor, quemadmodu erudite ostedit Rimi. iun. cos. 174. n. 28. 29. lib. 2. Bertaz. cos. 228. nu. 6. & 12. vol. 1. & qui eos adfert Triuisan. decis. 45. lib. 1. num. 12. nouissime Surd. trac. de alimen. tit. 7. q. 16. num. 102.

27 Temperada tamen & nisi post reconciliatio ne denuo alter defleceret & recideret l. cu mulier vbi ceteri ff. solu. matri. & preclare Surd. qui multa ad institutu notada coniecit trac. ad alimen. d. tit. 7. q. 16. nu. 103. & 104. cum sequen.

28 Notadu tamen viru aut muliere qui diuortij obtinuit sententia posse inuitu & nollente, aduersus que dicta sententia est coniug si velit recuperare; sententia enim vt fauori pro se introducto renuntiare pot. Nisi religione ingressus ille fuisset. Siluest. in summa verbo diuortium num. 27.

SVMMARIVM.

- 1 Contractu quidam gratuiti, alij no gratuiti.
- 2 Donationes, renuntiationes, & remissiones contractus gratuiti.
- 3 Contractus non gratuiti sunt, quibus hinc inde aliquid dandum vel faciendum est.
- 4 Donatio contractus dicitur.
- 5 Matrimonium donationi simile.
- 6 Contractus nominati penitentia non reuocantur.
- 7 Donationis contractus reuocari nequit.
- 8 Matrimonium penitentia non reuocatur.

COMPARATIO VI.

MATRIMONIUM NON GRATUITIS. Contractibus comparari, breuissime declaratum.

1 **C**ONVENIUNT sexto, vt cum ex & contractibus gratuiti sint quidam, alij non, cum his communia quedam matrimonium habere qui non gratuito fiunt,

2 exploratum est. Gratuitos & contractus nostri donationes esse volunt, renuntiationes, remissiones, Bart. Alex. Iass. in l. 1. post glo. ibi de transac. C. & in eadem lege Curti. & Riminal. Cagno. in l. 1. n. 1. C. de pact. Tiraquel. in l. si vnquam verbo donatione largitus nu. 1. C. de reuo. donatio. & nu. 204. Non & gratuiti ceteri sunt, quibus hinc inde faciendum aut dandum quippiam est. Vnde cum matrimonij contractu alter in alterius transeat potestatem: *Vir enim vt ait Apostolus sui corporis potestatem non habet sed vxor, sed nec ea, cum vir dominetur, & debitum vnus alteri necessario impendat, & sine ambobu consensu votum emitti non possit c. ex multa §. in tanta ibi glo. in verbo viri ex. de voto & vo. redemp. non gratuitus contractus matrimonij recte iudicabitur: cuius sententiae auctorem vidi nemine, preter vnum. Spinosa Lini Salmanticensis Gymnasij decretorum interpretem, qui obiter & veluti preter intentionem duo tantum verba emisit trac. de testam. glo. 15. nu. 3. voluit probare consensum in matrimonio necessarium: non alia interposita solemnitate, Quia (inquit) matrimonium non est donatio, sed contractus non gratuitus, do vt des, Accipio te in meam, si tu me in vxorem tuam acceperis, sed in contractibus addit ille, non gratuitus mutus requiritur consensus, &c.*

4 Non censit his verbis donationem & contractum non esse, cum sit l. Aristo. ff. de donatio. Alex. in l. iurisgentium nu. 6. de pac. Iass. nu. 8. Clar. in §. donatio. q. 1. nu. 2. Menoch.

conf. 388. nu. 53. lib. 4. Et contractus appellatione donatio continetur l. fina. ibi, donationes, vel permutationes, vel quoscuque alios contractus. C. de predi. decurio. li. 10. l. fina. illic. Neque donationes neque alium contractum C. de pac. And. Tiraq. de ll. conubial. glo. 5. num. 43. Et post eum diffuse Mencha. lib. 1. vsufrequen. c. 13. n. 1. Matien. in l. 2. tit. 3. glo. 1. a nu. 2. Sed donatione contractum esse gratuitum hincq. matrimonium illi simile non videtur.

5 At donationi & no omnino dissimilis est: cum enim vt dixi contractus sit, & nominatus, ab eleganti illi nomine indito, iuxta receptissimam Bart. sententiam quam communem refert lul. Clar. supra nu. 2. Sicut & nominati contractus penitentia no reuocatur in nominati autem possunt l. iurisgentium cum §. §. sequen. ff. de pac. l. explicato C. de rer. permu. l. naturalis cu §. §. ff. praef. ver. Ita & donatio reuocari nequit Clar. supra num. 2. Itaq. ab ea parte matrimonium donationi assimilatur, & cum ea conuenit. Quod & semel contractum penitentia nec quouis alia ratione dissolui nequeat iuxta illud: quod Deus coniungit homo non separat c. 7. de sacram. matri. sessio. 24. & dictum supra.

SVMMARIVM.

- 1 Contractus a consensu dependent.
- 2 Testes in contractibus presentes, & intelligentes esse debent.
- 3 Consentire non dicitur qui & si presens sit no intelligit.
- 4 Mutus aut surdus testes esse non possunt.
- 5 Testes in matrimonio presentes, & intelligentes esse oportet, vbi declaratur concilio Tridentinum.

COMPARATIO VII.

TESTES IN OMNIBVS CONTRACTIBVS PRESENTES ESSE OPORTET, & quid conueniant partes intelligere, id ipsum in matrimonio & iure nouo Concilio Tridentini.

1 **C**ONVENIUNT septimo, vt cum & contractus a consensu pendeant, & consensus in his qui intellectu carent dari non possit propterea nec contrahere aut matrimonio copulari non possint, vt superior diximus: pariter testes & qui interfunt contractibus perfectam animi iudicium habere debent, & eos presentes nedum esse oportet, sed & intelligere que dicantur, & fiat l. coram

1. coram Titio de verb. sign. C. l. testium vbi glo. in verbo presens de testibus glo. in verbo presente in can. imprimis 2. q. 1. glo. in verbo interrogatorio in c. presentium de testi. Nec dicitur is consensus prestare aut sui corporis presentiam exhibere qui non percipit l. idem proferre §. coram ff. de arbi. d. l. coram, & in l. heredes palam §. in testamentis vbi glo. in verbo certiorantur ff. de testam. l. non multum ff. de autor. tutor. cum latissimè coniectis per Tiraq. in l. conubia glo. 8. nu. 180.

4 Hinc nec mutus aut surdus testes esse possunt, qui non intelligant nec audiant, nisi ipsorum signis solitis, apertissimam solerēt veritatem patefacere, aut scriptis, si scribere didiscisset ad ea que omnes ex illo tex. in §. omnes instit. de testam. l. discretis C. qui test. fa. pos. §. item Surd. instit. eo. tit. l. ne tu de leg. 3. fufe eruditissimus Farina. in qq. crimina. titu. de oppositio. con. tes. q. 61. a n. 1.

5 Ita in matrimonio vt testes & contrahentes matrimonium tales esse oporteat vt audiant & intelligant. Etsi muti aut surdi sint signis consensus exprimant c. cum apud. e. hic ex. de spōsa. vbi q. Panor. & alij, & in terminis sacri Concilij Tridentini c. 1. de reforma. matrim. sess. 24. docuit Spinus tracta. de testa. glof. 15. num. 47. 48. Veracru. Ledem. Vega. Manu. & alij quos refert, & sequitur Sanch. de matri. to. 1. lib. 3. q. 39. nu. 5. cum ante & post sequentibus.

SVMMARIVM.

- 1 Testes in arduis & grauibus, graues etiam & omni exceptione maiores esse debent.
- 2 Testes in criminalibus omni exceptione, maiores & graues esse debent.
- 3 Testes regulariter, omni exceptione maiores esse debent.
- 4 Testes in causis matrimonialibus, omni exceptione maiores requiruntur.
- 5 Testis omni exceptione maior quis dicatur.
- 6 Testis idoneus is dicitur qui omni exceptione maior est.
- 7 Testis idoneus quis apud Authorem.
- 8 Testes in causa matrimoniali esse possunt parentes & consanguinei.
- 9 Testes in his, que difficilis sunt probationis, parentes pro filiis & consanguinei pro consanguineis admittantur.
- 10 Testes alioquin inhabiles in multis pro habitibus reputantur.
- 11 Testes in matrimonialibus omni exceptione maiores esse debent, multi discentiunt.
- 12 Testes in matrimonialibus idoneos sufficere Dida. post multos antiquiores existimat.
- 13 Testes in matrimonialibus qui & quales admitti debeant iudicis arbitrio tribuendum.

- 14 Auctoris opinio noua in admittendis testibus in causis matrimonialibus.
- 15 Testes feminas esse posse in matrimonialibus, textu non probari.
- 16 Ca. super eo. in 2. de testi. noue declaratum.
- 17 Textus in c. videtur ex. qui matrimonio. poss. accusar. noua declaratio.
- 18 Textus in c. licet ex quadam de testi. noue declaratus.
- 19 Ratio generale dictum restringit.
- 20 Textus in d. c. licet ex quadam, & illius ratio expensa.
- 21 Ratio non extendit dictum quando speciale est & exorbitans.
- 22 Testes omni exceptione maiores in causa matrimonij desiderantur.
- 23 Testes qui in subsidium admittuntur omni exceptione maiores dici non possunt.
- 24 Testium dictis quanta sit fides adhibenda arbitrio iudicis relinquitur.
- 25 Testes idonei non dicuntur parentes.
- 26 Mascardi opinio reiecta.
- 27 Parentes non dicuntur idonei testes in causa matrimonij vbi agitur de matrimonio iam contracto dirimendo, aut de priori dissoluto.
- 28 Parentes non dicuntur idonei testes quando matrimonium solite desiderant.
- 29 Affectio nimia testimonia corrumpit.
- 30 Parentes vel consanguinei vbi cognita fuit mulier non dicuntur legitimi testes.
- 31 Parentes vel consanguinei non dicuntur legitimi testes vbi alter alteri diuitijs aut nobilitate superaret.
- 32 Iudicis arbitrio plurima relinquitur in testibus.
- 33 Argumentum validum de matrimonio carnali ad spirituale.
- 34 Testes in collatione beneficiorum omni exceptione maiores esse debent.
- 35 Distinctio auctoris noua.
- 36 Testes inhabiles nusquam recipiuntur nisi in defectum habitum.
- 37 Testes inhabiles in matrimonio admittuntur, cum casus inopinato contingit.
- 38 Difficilis probatio que fit per testes inhabiles non presumitur, & ideo probanda per eum qui se fundat in ea.
- 39 Testes in matrimonio clandestino omnino habitus non requiruntur.
- 40 Mascardus sibi ipsi contrarius.
- 41 Auctoris noua conciliatio.
- 42 Qualitas testium omni exceptione maiorum probanda.
- 43 Testes in dubio presumi omni exceptione maiores.
- 44 Auctoris conciliatio noua.
- 45 Testis omni exceptione maior idem est dicere quod melior aut optimus.
- 46 Testis idoneus apud iurisconsultos is dicitur qui sufficiens est.

Testes

- 47 Testes omni exceptione maiores non desiderantur nisi vbi lex id expressim vult.
- 48 Testes duo in omni causa sufficiunt.
- 49 Causa matrimonialis fauorabilis, quemadmodum intelligatur.
- 50 Matrimonium clandestinum non dicitur fauorabile.
- 51 Matrimonia clandestina odiosa.
- 52 Malum minus ex duobus eligendum.
- 53 Matrimonium clandestinum presumitur magis quam adulterium.
- 54 Ecclesia matrimonia clandestina semper fuit detestata.
- 55 Matrimonium clandestinum non dicitur fauorabile nisi in probatione ad vitandum peccatum.
- 56 Matrimonium clandestinum contrahentes ad illius quemadmodum teneantur obseruationem.
- 57 Probatio testium omni exceptione maiorum exprimi solet.
- 58 Matrimonium clandestinum de iure comuni valet, & potuit probari per testes consanguineos.
- 59 Matrimonium de iure nouissimo Concilij Tridentini, non perficitur solo consensu.
- 60 Matrimonium de iure nouissimo non dicitur fauorabile quoad probationem.
- 61 Matrimonium publicum preiudicat clandestino.
- 62 Deciso Rota Romana expensa.
- 63 Sanctissimus Dominus noster Clemens Octauus Papa laudatur.
- 64 Cap. primum sessionis 24. de refor. matrimon. declaratur.
- 65 Testis minus idonei in his que clam fiunt sufficiunt.
- 66 Matrimonia omnia hodie publica non clandestina.
- 67 Lex de testibus loquens de habitibus est intelligenda.
- 68 Spini doctrina adnotatur.

COMPARATIO. VIII.

TESTES IN GRAVIBVS, graues. Et omni exceptione maiores esse oportet in matrimonio id ipsum, & an iure nouo Concilij Tridentini, insigniter agitur.



CTAVO conueniunt vt cum in arduis & grauibus negotijs testes graues esse oporteat, & omni exceptione maiores c. 1. de consangu. glof. in c. at si clerici in prin. de iudici. & inc. 1. de testi. glo. in §. ite verba instit. de inutilib. stipu. quemadmodum

2 in criminalibus vbi de vitā honoris, aut bonorum discrimine agitur, quod vbi maius sit periculum cautius agendum esse videatur. c. vbi periculum de electio. in 6. Bal. in l. fin. nu. 4. C. de proba. Alex. conf. 70. lib. 1. Deci. conf. 429. nu. 12. Mar. decif. 285. nu. 4. lib. 2. Et alij quos Burfa. cōf. 346. n. 9. lib. 4. Dida. in Epito. ad. 4. 2. par. c. 8. §. 12. num. 7. & 8. Farinaci. in qq. criminalibus tit. de oppositionibus contra tes. q. 62. n. 20. vbi idem asserit fore regulariter in omni casu, & negotio. Causa autem matrimonialis grauis, & ardua dicatur Dida. supra nu. 7. Bart. conf. 80. nu. 2. Meno. conf. 69. nu. 59. lib. 1. Mala. cōf. 59. nu. 22. Quæ criminali æquiparatur Deci. conf. 311. col. 1. Paris. conf. 15. nu. 13. lib. 2. Soci. iunior. conf. 86. nu. 6. lib. 1. Menoch. de arbitra. iudi. quæst. casu 205. nu. 7. Mascard. to. 2. con. 1019. nu. 9. & 10. & conlu. 1030. in prin. Corasi. lib. missel. iur. 3. c. 4. Viui. decif. 288. n. 1. & 2. 1. par. qui alios. And. Gail. lib. obseruat. 2. obser. 94. n. 1. & 2. & 6. Iaco. Meno. conf. 100. nu. 241. Crauet. conf. 991. nu. 2. lib. 6. Sbrozi. qui multos tracta. de offi. vica. lib. 2. q. 43. nu. 10. & q. 44. nu. 3. & 4.

4 Ita fiet vt in causis matrimonialibus testes idonei, & omni exceptione maiores requirantur Panor. Butr. & Preposi. in d. c. 1. de consan. & affin. Felin. in rub. de sponsa. n. 17. & in c. 2. nu. 1. ex. vt lite non contes. Barba. conf. 4. lib. 1. col. 1. Deci. conf. 133. nu. 2. rur. conf. 138. nu. 7. lib. 1. Paris. conf. 13. nu. 31. Marfi. conf. crim. 128. nu. 17. Gram. cōf. crimi. 26. nu. 48. Silua. conf. 30. nu. 7. Ferre. conf. 51. nu. 4. Craue. conf. 165. nu. 2. Laure. Pine. conf. 71. nu. 2. Galcaz. conf. 83. nu. 3. inter conf. matrimo. Bere. conf. 80. lib. 1. n. 2. Viui. paucis relatis decif. 288. a num. 1. & 2. Gabri. tit. de testi. concl. 8. nu. 1. Triui. decif. 11. nu. 7. lib. 1. idem Triui. decif. 39. nu. 1. li. 1. Craue. d. conf. 991. n. 17. qui alios Ferina. lib. 2. qq. crim. titu. de opposi. con. tes. q. 62. nu. 100. cum sequen. Mascard. de proba. li. 2. conlu. 1019. a nu. 4. Corra. in prac. §. 2. titu. de offi. preto. verb. omni exceptione maior nu. 88. And. Gail. lib. 2. obserua. obserua. 94. nu. 9. Triuisan. qui communem decisio. 11. nu. 7. lib. 1. Beret. conf. 80. nu. 2. Solo. de Paz conf. 6. nu. 1. 2. & seq. Cepha. late conf. 384. nu. 4. lib. 3. qui alios.

5 Maior autem & omni exceptione is dicitur testis, cui nulla etsi minima impingi nota potest glof. in §. item verborum in verb. idoneos instit. de inutil. stipu. glof. in c. 1. de conf. & affi. verbo. maiores vbi Panor. nu. 5. Prepo. nu. 7. Alex. conf. 18. nu. 6. lib. 1. Curt. tracta. de testi. concl. 74. nu. 73. Dida. supra num. 7. & 8. Latius Mascard. de probatio. in prefatio. q. 6. nu. 69. & lib. 2. conlu. 853. nu. 10. &

ro. & conclu. 1019. nu. & qui alios Farinac. in qq. crimi. 2. par. titu. de opposi. con. test. quæst. 62. nu. 1. 2. & 3.

6 Idoneus porro & testis idem cum omni exceptione maiore existimatur, ut is scilicet sit, cui delictum nullum, defectus nullus, obijci possit; nullamq. inter vtrumq. testem crebrius differentiam esse volunt interpretes, ut ex multorum communem scribit auctori tate idem Farinac. titu. de oppo. con. test. q. 62. nu. 2. Et si is ibi nu. 3. cum Crot. Blan. & quibusdam alijs aliter sentiat. existimans, verba hæc omni exceptione maior, addere, magisq. operari quàm testis idoneus: qui certè vere cum cæteris docet.

7 Ego vero & idem docere soleo: quod idoneum testè, cum iura intellexerint sepe, cui etsi nota aliqua impingi possit, illius etiam dictum labefactari, quia tamen in eo de quo agitur casu, lex eum probat, idoneus rectè dicitur. Ita fit ut cum & pater in causa filij, nec econverso, mater pro filia, testes idonei non sint, nec affines, coniuncti, & domestici l. idonei ff. de testi. l. testis idoneus l. nullus idoneus eo. tit. cum multis illius tituli in causa tamen matrimonij, pater pro filia, mater & consanguinei possunt videri ibi glo. ver. coniungendo, vbi ceteri ex. qui matrimo. accusa. poss. Gabri. in communi. titu. de testib. conclu. 9. a nu. 1. Masc. tract. de proba. lib. 2. conclu. 1019. a nu. 4. & lib. 3. con. 1148. n. 23. Farina. in qq. crim. tit. de oppo. con. pers. test. q. 54. nu. 191. Viui. in com. opini. 993. a nu. 1. idem decisio. 288. nu. 1. & 2. p. Menoc. de arbitra. iudi. quæst. casu. 102. a n. 1. &

9 infra latius dicitur: sic in factis & quæ sua natura difficilis sunt probationis, idonei testes inuicem parentes pro filijs & consanguineis testimonij ferunt, ut latè idem Farina. prosequitur supra nu. 193. & quæ idem de affinibus & consanguineis nu. 76. nu. 132.

10 Et generaliter & testes inhabiles in multis pro idoneis & habilibus reputantur, ut idè post Clar. & alios diffusè eo. titu. de oppo. con. test. q. 62. a nu. 1. vsq. ad finem non tamen in his & similibus casibus, omni exceptione maiores dicentur, quia aduersus eos defectus obijci possit glo. in d. §. item verborum, & quæ supra diximus.

11 Sed ut ad priorem & redeam traditionè, qua scripti in matrimonialibus causis testes idoneos, & omni exceptione maiores exquiri non tam certa traditio est quin ab ea multi & grauisimè difsentiant: opinantur nõ requiri testes huiusmodi sed idoneos sufficere c. super eo. in 2. de testi. quo loco mulieres ad matrimonij probationem admittuntur ibi Panor. nu. 2. cum ipse testes omni exceptione maiores non dicatur c. forus vers.

testes de verbo signifi. Quintimo ad dissol- uendum etiam eas ius in testes recepit c. videtur 35. q. 6. c. videtur qui matrimon. poss. accusar. Vterius pater, mater, consanguinei & domestici d. c. videtur, qui etsi in illius principio loqui videatur, solo eo casu quo de probanda genealogia disceptatur, in fine tamen generaliter loquitur, ut & glof. ibi. in verbo sciunt, animaduertit. Atq. his iuribus idem Dida. & post antiquiores affirmat in Epito. ad. 4. 2. p. c. 8. §. 12. nu. 8. & alij quos sequitur Alcia. tracta. pri. de presum. regu. 1. presum. 2. nu. 4. Paris. conf. 55. nu. 2. lib. 4. & communem refert ab alijs. Masc. de proba. 2. par. conclu. 1019. nu. 6. 7. & 8. Conrad. in prac. §. 2. tit. de offi. preto. in cau. ciui. tit. de testi. Rubri. personas testium agredièdo. verbo omni exceptione maiores num. 88. Grassi. decis. 72. nu. 10. p. par. in nouissimis & alij plerique relati à Gabriel. in comuni. tit. de testi. conclu. 8. nu. 1. Bursat. conf. 359. nu. 1. cum seq. Farina. in qq. crimi. 2. par. tit. de oppo. con. pers. test. quæst. 62. limita. 6. nu. 100. qui & receptam. Etsi in causa matrimoniali clandestina non omni exceptione maiores sufficere respondent nouissime Monal. conf. 112. per totum lib. 1.

13 Alij aliam & tenuerunt sententiam, testes non omni exceptione maiores in matrimonialibus causis admitti posse nec ne, ab arbitrio iudicis plurimum pendere: qui considerata qualitate personarum, paritate vel disparitate vtriusq. contrahentis, qualitate, dignitatis, & paupertate, prudenter agendo maxime vbi concurrunt ab vna parte cõiecturæ, quæ illius mouere animum possint poterit testibus his fidè adhibere. Ita scribit Dida. supra post alios latius Meno. qui aliquos distinguit casus erudite d. casu. 102. a num. 4. Masc. 2. to. de probatio. conclu. 1019. nu. 10. & 11. cum seq.

14 Ego & autem qui non autoritatibus, sed legibus inniti soleo, nusquam mihi potuì persuadere superiores veras fore traditiones nec enim nisi in eum, quem mox modò declarauerim fœminas testes in causis matrimonialibus admitti posse puto: & minus quidem, matrem, patrem, coniunctos, eosve quibus affectionis nota in suos considerari possent. & In primis fœminas in matrimonio testari posse, non probat tex. quem a Panorm. ibi vsque adhèc tempora adferre solent interpretes in d. c. & super eo. in 2. de testi. cù enim eo tex. quæsitù fuisset an mater & altera quædam mulier idonea forent testes in causa filij, qui ut ille ait tex. se negabat mulierem affidasse. Respondit matris testimonium admittendum non esse: an autem altera mulier idonea foret testis, nec illo dubi-

15 16 tatum

ratum capite, minasq. decisum; in 2. vero parte casum mutat Roma. Pon. an in probatione consanguinitatis testis esse possit mater & consanguinei, & posse decidit vbi contractum non sit, aliter quoties perfectum & cõsummatum vbi distinguit. Cuius rei rationè eam reddiderunt & rectè Pontifices, quia per parentes, consanguineos & conuinctos fœdera sanguinis, & gradus computationes aptius quam per extraneos probentur ca. & videtur 35. q. 6. & cap. videtur, qui ad verbu eadem adfert illius canonicis verba ex. qui matrimo. poss. accusar. quibus etiam iuribus moti Panor. & alij docuerunt mulieres testes esse in matrimonialibus contractibus posse; sed hæc iura nihil etiam ad casum, cum vere & citra cauillum, (& si glo. in verbo sciunt in d. ca. videtur, aliter aduersus Pontificis verba & mentem interpretetur) nisi ijs casibus loquatur, in quibus de impedimento probando, accusandoq. matrimonio propter consanguinitatem agitur. Quintimo si dubia forent, cum clara sint & appertissima verba, ita interpretanda essent à subiecta tituli materia & rubrica cui inditum caput fuit, in qua de his tantum agitur, qui ratione impedimenti matrimonium accusare possunt, nec ne; atq. idem in principio & argumento totius causæ & quæstionis, in qua canon videtur, locatus est; cum nõ sit nouum verba legum dubia a rubrica esse declaranda l. Imperatores ff. de. in diem adiectio. vbi Bart. Quæ vulgaris est & trita. glo. in c. bonæ. vbi Panor. commendat de consir. vtili vel inuti. & glo. in cap. cum ad monasterium vbi omnes de electio glof. in verb. tractare in l. vni. C. ne liceat ter. prouo. Nostri. in l. 1. ff. de reb. creditis.

18 Neque & etiam facit quid quam tex. in ca. licet ex quadam de testi. quoniam expressim in eodem ipso casu loquitur quoties de impedimento gradus ageretur vbi Roma. Pon. iudicem, simulq. testem instituit, quemadmodum hic testimonium dicere, ille exigere qua solemnitate dictum debeat: quod si cù Mascard. instit. aliquis, rationem concludere videtur, generalem esse, quia fauore matrimonij parentes sustinet, & coniunctos vtriusq. sexus, ita enim ait: in matrimonio vero coniungendo, & disiungendo ex ipsius coniugij prerogatiua: Et quia fauorabilis res est, congrue admittuntur. hæc tex. ille in fin. Et can. videtur: propterea cum generalis sit ratio ad omnes protendi casus debet. Quintimo & ut id confirmem, generalis ratio ad eum casum dictum protendit, ad quem submota ratione nequiret, & si materia strictior esset, & paululum odiosa Corne. conf. 273. sub num. 30. lib. 4. Castren. & ceteri in l. si

vero §. de viro ff. solu. matrimo. glo. celebris in Clemen. 191. de electione ver. eligatur Gemini. conf. 39. Quemadmodum & ratio, generale dictum moderatur l. cum pater §. dulcissimis de leg. 2. Deci. conf. 339. latius Tiraq. in l. si vnquam verbo liberris num. 45. 46. C. de reuo. donatio. Meno. de arbitr. iudi. qq. lib. 2. casu 63. & casu 84. Camil. Galli. de verb. signifi. lib. 5. cap. 11. à num. 1. Sed ratio & illa generalis non est, & hæcenus nõ ponderata verba ab aliquo pondera. quæstio & considera, quæ nisi futuri sunt temporis, ibi coniungendo & disiungendo: quasi velle sit secus in contracto fore, id enim non solius patris aut matris testimonio dissolui potest sed testibus exceptione maioribus opus est d. cap. super eo. in secundo de testib.

21 Quidquod & si ratio generalis foret cù dictu prius sit speciale & exorbitans a regulis iuris communis, quibus pater, mater, aut consanguinei testes esse nequeunt. Nequit ratio dictum extendere glo. & tex. in c. constitutio de electio. lib. 6. vbi Gemini. expressim docet & ceteri Cepol. tracta. de extensio. sectio. vltim. nu. 35. quamquam Camill. Galli. tract. de verb. signifi. lib. 5. cap. 14. sub num. 20. 21. recedere à glossa sententia videatur.

22 Rectissime igitur & Pont. Maxi. alibi statuit. in huiusmodi causis matrimonialibus testes omni exceptione maiores exquiri cap. 1. ex. de consan. & affini. nequeunt autem mater, pater, coniuncti aut consanguinei, dici testes omni exceptione maiores cum vere hi nõ censeantur tales quibus exceptio nulla obijci possit, iuxta glo. 5. adductam in d. cap. 1. de testi. & in cap. etsi. clerici in prin. de iudi. & melior glo. in d. cap. 1. in verbo maiores de consan. & affini. certissimumq. est, huiusmodi & testes qui nisi in subsidium admittuntur minime dici omni exceptione maiores quo ad fidem, latissime multorum auctoritate docet Farina. in qq. crimi. q. 62. num. 383. 2. par. & alibi testes idoneos vocat Roma. Ponti. in cap. consultationem de spõsa. cap. attestatione. de sponsa. impube. idonei autem non dicuntur pater & mater l. testis idoneus cum l. sequen. ff. de testi.

24 Rursus & vel inuiti, qui communi adherent sententiæ, fatentur non eam perpetuo veram esse, sed iudicis arbitrio relinqui qui diligenter & sedulo vtrinq. perpensis omnibus fidem poterit matri aut fœminis dare, credere consanguineis & coniunctis, sic Dida. supra & ante cum omnes & Mascard. d. conclu.

25 Vnde & non iniuria contrariam docuerunt sententiam grauisimè quidam ante me qualis specu. tit. de rescrip. §. ratione formæ vers.

26 vers. nunc igitur n. 35. Panor. in c. si pro debilitate num. 4. de offi. deleg. Bal. conf. 122. lib. 2. Alex. conf. 143. nu. 4. lib. 2. Deci. conf. 133. vifo processu nu. 3. Neq. placet Masc. opinio, qui d. conclu. 2. 8. & 9. existimet communem omnium traditionem qua causę matrimoniales & criminales equiparentur vt supra ostendimus ex glo. in c. mulieri. ex. de iur. iur. solum vindicare quoties de deferendo iuramento in supplementum agitur probationis, in alijs minime; quinimo summam Pontifices inter vtramq. causam differentiam constituisse, expressimq. dixerint, quod etsi in ceteris parentes in causa filiorum testes esse nequeant vel coniuncti, in causis matrimonialibus possunt: hęc ille qui verba refert d. c. videtur ad finem. cui satis superque supra respondi, cum loquatur, quoties de probatione impedimenti ageretur, quod nisi per parentes, & consanguineos detegi potest, atq. is casus specialis sit, & recte argumentatur Pontifex, quod etsi in contractibus, & criminibus iure civili non pater, mater, & consanguinei recipi possint testes, in eo tamen casu cuius consultatio proposita fuerat impedimenti posse, innuens a contrario in reliquis non admitti. Sed neq. ea traditio vera est omni casu, quoties scilicet agitur de dirimendo matrimonio iam contracto, aut de priori dissoluendo, cōsentiunt omnes nō fore tunc integros testes, sed nec admitti posse d. c. super eo. in 2. de testi. & dixi supra receptissima est omnium in eo cap. sententia. c. super eodē. c. ex litteris de sponsa. Aunan. conf. 52. vbi Bolog. ad eum Ferrer. conf. 48. a nu. 1. Masc. d. conclu. 1019. nu. 10. in fine vbi de magis comuni testatur post Gabriel. Farina. qui alios recenset in qq. crimin. 2. p. q. 54. nu. 192. Viui. opinio. 954. nu. 6. Gabr. in cōmu. titu. de testi. conclu. 8. a nu. 1. Rota Romana decis. 209. nu. 2. & 8. 1. par. in nouissi. quę multos Corra. in prac. §. 2. rubr. de testi. ver. omni exceptione maior num. 88. Hippoli. Riminal. conf. 174. num. 16. lib. 2. conf. 538. nu. 35. lib. 5. Bursa. conf. 359. a nu. 1. lib. 4. vbi ad vtramq. disputat, de recepta testatur, & ab ea in consulendo, nec iudicando non esse recedendum opinatur idem Farina. in qq. crimi. par. 2. q. 62. nu. 106. Craue. conf. 991. nu. 57. 58. lib. 6.

28 Neq. etiam ea sententia locum habet quoties parentes & coniuncti supra modum de matrimonio solliciti illius exitum percuterent, ex nimia et enim affectione ius testimonij ferendi amitteret veluti suspecti arg. l. quę omnia §. 1. ff. procurato. Felin. in d. c. super eo de testi. Alex. conf. 153. lib. 5. Pari. conf. 55. nu. 34. Deci. conf. 310. Iaf. conf. 2. nu. 18. lib. 2. Masc. d. conclu. 1019. nu. 25.

29

Menoc. d. casu. 102. nu. 7. 8. & 9. ad medium. Solo de Paz. conf. 6. nu. 1. & seq.

30 Neq. et vindicat vbi mulier quę de matrimonio contendit cognita a viro fuisse, cum enim de iniuria familie illata agatur, parentum, & coniunctorum testimonium suspectum est. Idemq. quoties infamia parentibus, vel consanguineis, & familie irrogaretur. latissime Gabri. in commu. tit. de testi. conclu. 9. vbi extendit, & declarat Deci. d. conf. 133. Pari. conf. 58. nu. 15. conf. 59. nu. 25. lib. 4. Zafi. conf. 4. n. 24. Masc. d. conclu. n. 26. 27.

31 Rursus et nec quoties alter alterum diuitijs, aut nobilitate superaret, non enim tunc parentes recipiuntur aut coniuncti. Latissime Panor. & alij in d. c. super eo. nu. 8. Felin. n. 6. Alex. conf. 154. n. 2. lib. 5. Cur. iunior. cōf. 27. nu. 4. Gabri. supra Meno. d. casu. 102. nu. 4. Viui. d. opinio. 954. & opinio. 993. Nell. in tractatu de testi. nu. 7. vers. fallit in causis matrimonialibus. Aufre. in tract. de testi. n. 76. vers. sed vbi queritur Alber. de Malet. tract. de testi. c. 1. nu. 12. & 13. Lanfran. in c. quoniam contra falsam verbo testimonium depositiones nu. 59. de proba. Crot. tract. de testi. par. 4. n. 155. Soci. regu. 427. Fallen. 6. Cōra. vbi supra nu. 44.

32 Deniq. et consentiunt omnes in his plurimum iudicis arbitrium posse, quemadmodum post antiquiores Dida. animaduertit in Epit. de sponsa. 2. par. c. 8. §. 12. nu. 8. Masc. d. & Meno. nunc relati. quibus videris lector, nisi vno aut duobus casibus communem illam sententiam admitti posse: & aptius (vt mihi videtur) Viui. & alij fecissent si regulam constituisent contrariam, non scilicet posse parentes vel coniunctos in matrimonialibus causis testimonium dicere.

33 Rursus si validum et est argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, & e contra, prout regulariter valet c. inter corporalia de translatio. Episcopo. authen. nisi rogati C. ad Trebel. quemadmodum et in spiritualibus testes omni exceptione maiores esse oportet c. in litteris de testi. Rebuf. in rubri. de colla. post princi. in vers. palā etiā. Id idē in matrimonio carnali obseruabit.

34 Vt autē ipse et quid sentiam patefaciam, dixerim distinctione quadam vtramq. sententiam posse conciliari: aut enim matrimonium fuit publice contractum, vel etiam occulto, nō tamen ita clandestine quin alij quā parentes, & coniuncti vocari in testes poterint: Aut vero tam secreto, vt vel ratione loci, quia in heremo aut ruri, vel nocte, & in opinato, vt his contingit qui mulieres subducunt, & tentant vt eas peruertant, non alij actū, & habitu verisimiliter testes adhiberi potuerunt, & si fuissent conquisiti.

35

Primo

Primo casu existimo testes omni exceptione maiores admittendos tantum, non etiam parentes, aut coniunctos, aut quibus nota possit obijci. Est enim receptissima interpretum nostrorum opinio (vt arguuntur de criminalib. ad matrimoniales causas, quod non semel dixi) testes et inhabiles nusquam recipi, nisi vbi ita difficilis casus esset probationis, vt non alij quam inhabiles interuenire potuerint, l. cōsensu §. super plagijs C. de repud. l. non omnes §. a barbaris ff. de re. mili. l. diuus vers. Sed si aliter veritas ff. de questio. c. veniens. in 2. vbi Panor. & ceteri de testi. c. si. ex. de testi. cogēd. glo. in c. cū dilecti vers. & si tres de electio. glo. penult. in c. 2. vbi Panor. de arbitr. Soar. in thesau. recepta. sententia. littera T. n. 131. Gabri. in cōmu. tit. de testi. conclu. 7. a nu. 1. li. 1. Monticel. in suo testimonio reportorio vers. inhabiles Diaz. de Luco. reg. 759. Ant. Gom. variarum resolut. tom. 3. cap. 12. num. 21. Hippol. Rimi. conf. 113. num. 3. lib. 2. latissime de communi Farina. lib. 2. qq. crimi. titu. de oppo. con. test. q. 62. num. 1. idem eod. titu. q. 54. nu. 193. qui alios vbi & de patre & matre loquitur, & coniunctis Viui. decis. 19. a nu. 1. 1. part. Clar. in prac. crimi. §. fina. q. 24. vbi ad eum Baiar. diffase. Itaq. vbi potuerunt contrahentes matrimonium alios quā parentes & coniunctos testes auocare, non est ipsorum testimonium recipiendum; vt expressim de matrimonio loquens quoties contrahentes culpa argui possunt, qui inhabiles acciuerint, docet Farina. d. ritu. de oppo. con. test. q. 62. limi. 3. nu. 68. & id ipsum de matrimonij testibus Baiard. ad Iul. Clar. in prac. crimi. §. fin. q. 24. num. 114.

37 Secundis et nunc casus quoties matrimonium clandestino contractum fuit, nec culpa potest imputari cōtrahentibus, cur alios habiles non vocauerint, eisdem quas nunc tradidimus traditionibus explicatur. Hi enim vno ore fatentur inhabiles admitti. Difficilis autem hęc probatio se se offert, ex natura rei & casus inopinato contingentis, vbi veritas aliter quam per inhabilium ora euulgari nequit: et cum non presumatur est per eum qui dicit & allegat necessario deducenda & probanda: docet late idem Gabriel. titu. de testi. conclus. 7. num. 12. Gramma. conf. 45. num. 10. Alciat. de presump. regu. 1. presump. 47. in fin. Menoch. de arbitr. iudi. quest. lib. 2. casu. 106. num. 2. Bertaz. conf. 271. num. 1. lib. 2. Hippol. Rimi. conf. 120. num. 24. lib. 2. Bursa. conf. 276. num. 8. lib. 3. Eugeni. conf. 27. num. 65. Masc. d. latissime de probatio. lib. 3. conclus. 1359. num. 8. & conclus. 1473. num. 1. dicit receptissimam idem Farina. tit. de oppo. con. test. q. 62. li-

38

mi. 3. num. 57. Ferre. conf. 238. num. 22. li. 2. Tiber. Decia. conf. 25. num. 1. lib. 2. Et secundum eam iudicatum Viui. decisio. 19. num. 2. lib. 1. Baiar. in additio. ad Clar. in pract. crimi. §. fina. quest. 24. num. 123. Et in matrimonio clandestino non exquiri testes omni exceptione maiores docet late Alciat. de presump. regu. 1. presump. 39. num. 5. Farina. d. tit. de oppo. con. test. quest. 62. limi. 6. num. 103. & 104. etsi in hoc eodem articulo quidam contra sentiant existimantes, & in hoc casu omni exceptione maiores necessarios esse quos recenset Gabriel. d. conclu. 8. num. 4. sub tit. de testi. Contra in prac. rub. de testi. ver. omni exceptioni maior nu. 88. Masc. d. de proba. tom. 2. conclus. 1019. num. 1. 2. & 3. qui & si post declinare videatur, idem et tamen sibi ipsi aperte contrarius conclu. 90. num. 8. & 9. lib. 1. de domesticis loquens, an habiles sint ad matrimonij probationem contrarium scribit, habiles scilicet non esse, vt & cum refert Farina. d. tit. de oppo. con. test. q. 55. num. 41. & 42.

41 Sed contrarias et interpretum traditiones sic conciliauerim, vt & supra animaduerti, aut loquimur de actibus clandestinis qui sui natura sunt difficilime probationis in totum quales qui in heremo locisq. inhabitatis, nocte conficiuntur. Aut de his qui & si clam fiant potuerunt habiles vocari & interuenire quia ad manum erant: vt si matrimonium die in domo secreto contraheretur, vel alibi vbi hominum copia haberi potuisset facile, Primo casu veram fore Alciat. Farin. & aliorum credo sententiam. Secundo vero, Contra Masc. d. & anteriorum quos illi sequuntur reor opinionem: Neq. et reticendum est, in quibus casibus testes omni exceptione maiores requiruntur, qualitatem hanc esse omnino probandam, ideoq. prius deducendam quia nō presumitur: fuit primarius huius traditionis interpres Bart. in l. vel necare ff. quę ad. res. aperien. vbi aduocatos intruit & docet. Sequitur postea Ange. ibi. Deci. in ca. 1. num. 59. ex. de appella. & qui multos Rolland. conf. 3. num. 56. volum. 1. & conf. 59. num. 17. lib. 2. Gabri. in commu. tit. de probatio. conclu. 11. num. 6. Caphal. conf. 65. num. 53. vol. 1. Hippo. Rimi. conf. 64. nu. 12. lib. 1. Masc. d. qui alios 2. tom. de probat. conclu. 1019. num. 16. vbi de testibus in causa matrimoniali, & 1. tom. conclu. 222. n. 14. & tom. 3. conclu. 1360. num. 7. Farina. to. 2. qq. crimi. tit. de iudicijs & tortu. quest. 47. num. 211. qui & communem dicit. Triui. decis. 15. num. 7. & 8. qui expressim de testibus in causa matrimoniali producendis loquitur l. 1. 1. & Viui. decis. 288. nu. 4. 1. part. vbi alios.

42

Con.

43 Contrariam verò & sententiam multi tenuerunt existimantes testes in dubio præsumi omni exceptione maiores non alio doto: qualis Francif. Becci. conf. 47. num. 5. 6. lib. 2. Cæpha. conf. 221. num. 56. lib. 2. Occa. inter conf. diuers. criminal. conf. 60. num. 59. littera A. de appella. Angel. Feli. Cur. & quidam alij quos adfert Farina. in 2. tom. qq. crimina. quæst. 37. num. 212. Concilia & distinctione contrarias hæc opinioniones. Nam attenda eorum sententia, quæ verior & tutior etiam est; existimantium testes omni exceptione maiores alios esse a testibus idoneis, & qualitatem illam addere aliquid testium fidei quemadmodum superius declarauit, vere iuris dispositione attenda idoneus quilibet testis præsumitur: quia cum edictum de testibus prohibitorium non sit, sed quilibet testis esse possit nisi is expressim lege interdicitur l. i. ff. de testi. Vnusquisq. idoneus in dubio præsumatur glo. insignis in c. 1. ex. de testib. argum. notatorum in cap. dudum ex. de præsump. & in cap. 1. ex. de scrui. Curti. in tract. de testi. conclu. 34. a nu. 1. At secus in eo, qui maior est omni exceptione, nam cum 44 & idem sit dicere testis omni exceptione maior, quod melior aut optimus in superlatiuo, nisi hic talis probetur non præsumitur, sufficit enim quod lex bonum quemquam, & idoneum præsumat non meliorem aut optimum, sic sentire videtur Imol. in d. l. 1. §. si quis neget ff. quemad. testa. aperi. quem sequitur, & refert Curti. in d. tract. de testi. conclu. 35. nu. 75. in fine.

45 Sane idoneus & apud Iuriscōsultos testis is citra cauillū dicitur, qui sufficiens est, nō qui melior, vel omni exceptione maior. Nam apud Cicero. non semel in hac legimus significatione vsurpari. De idoneo enim authore sic ille supra in verrem actio. *Dicito potius quoniam habes authorem idoneum, quod Antonius uno aduentu, & vix mensuris cibarijs fecerit, id istum per triennium fecisse.* Et idem alibi eadem actio. *Tibi fortasse idoneus fuit nemo quem imitari sed & Livi. 8. ab urbe, idoneos authores habeo querentibus de nobis summitibus ita responsum ab Senatu.*

46 Hinc & cum lex testes omni exceptione maiores desiderat id expressim dicere solet c. 1. de consan. & affini. d. c. ex quadam ex. de testi. decis. Rotæ 209. num. 5. 1. par. in notissim.

47 Ex his quæ dixi, quædam inferre libet, primo an vera sit decisio Rotæ nunc adducta 209. 1. par. in notissim. Quæ in eo casu an matrimonij clandestini probatio testibus idoneis fiat vel omni exceptione maioribus tres distinguit casus. Primus est, quoties agitur de probando matrimonio clandestino, ad im-

pugnandum aliud matrimonium, vel dirimendum ipsummet clandestine celebratum, & tunc testes omni exceptione maiores requiri voluit ex multis probauit. Secundus vbi de probando matrimonio clandestino agitur, non ad impugnandum, nec dirimendum, & cōiecturæ nullæ militant, quæ testium fidem adiuuent, tunc censuit non requiri testes omni exceptione maiores, nec magis idoneos sed ordinarios sufficere. Quatuor rationibus. 1. quod regula sit generalis ad cuiusq. negocij probationem & duos sufficere testes l. vbi numerus ff. de testi. c. in nomine domini de testi. & a regula in dubio recedendum non esse, maxime in materia fauorabili cap. fina. ex. de re. iudica. & infra dicemus. Huic respondetur duos in omni causa testes sufficere, legitimos tamen, & idoneos l. 3. cum §. sequentibus ff. de testi. argu. l. 1. C. de Sacro. Ecclesi. Parentes autem, & coniunctos nō fore omni exceptione maiores, sed nec idoneos dici, vt supra; neque cap. fina. de re. iud. facit & si enim matrimonialis & causa fauorabilis sit: de ea intelligendum Romanum Pontificem, quæ a matrimonio legitime, & secundum decreta canonica publice contracto oritur, non de causa clandestini & matrimonij, aduersus ea cōtracti; licet antequo iure voluerint: cap. 1. vbi Panor. & alij, de clan. desponsa. Paris. conf. 13. nu. 1. Bero. quæst. 107. Cæpha. conf. 286. nu. 16. fuerunt enim, & tunc odiosa can. 1. 30. q. 1. ideoque non pro eis præsumi Panor. docet in c. 1. de clan. desponsa. Soci. conf. 17. lib. 1. Cur. iun. conf. 64. n. 3. & alij plures quos refert Masc. car. tract. de probat. par. 2. conclu. 1023. nu. 10. & 11. vbi expressim ex alijs docuit & matrimonium clandestinum nullo modo dici fauorabile.

48 Quæquæ quoties & de duobus ageretur malis cū minus sit præsumendum ad ea quæ Alciat. tract. de præsum. regu. 3. præsum. 6. Gabri. in cōmu. tit. de crimi. cau. conclu. 2. nu. 5. & 6. Meno. li. 5. præsum. 2. a nu. 24. si ageretur de adulterio & aduersus aliquem ad vitandam penam potius matrimonium clandestinum quæ adulterium præsumendum esset glo. singularis in capenul. de fidei. Felin. in c. 1. n. 18. de præsump. Meno. d. præsump. 2. nu. 25.

49 Hodierno itidem & iure matrimonia clandestina detestata fuerunt sicut, & antiquo c. 1. sessio. 24. de refor. matri. Concilij Trident. neq. huiusmodi matrimonia habet præsumptionem pro se, vnde dicenti incūbit onus probandi d. c. 1. de clan. desponsa. neq. matrimonium clandestinum dicitur fauorabile & nisi in probatione vt vitetur peccatum, vt antea dixi, & declarat d. decisio Rotæ. nu. 6.

50 Secun-

56 Secundam & addit rationem ex tex. in cap. 2. de clan. desponsa. contrahentes enim matrimonium clandestinum, ad illius non tenentur obseruationem nisi legitima appareat probatio, legitima vero ea dicitur quæ à legibus ipsis & canonicis decretis probatur. decisio. Rotæ fina. titu. de præben. Respondetur, quod an probatio quæ fit per parentes & coniunctos dicatur legitima nec ne, est primum quæstionis principium petere, hoc enim non aliud inquirimus.

57 Tertia ratio, & quoties per testes omni exceptione maiores fieri debet probatio id solent Romani Pontifici. exprimere vt in ca. 1. de consang. & affi. facit cap. licet ex quadam de testi. Responde, sat esse si legislator semel quidquam statuerit vt in eadem materia perpetuo obseruetur l. non possunt ff. de legib. & superfluas repetitiones iura detestantur §. quibus in prohem. Gregori. ad medium, & cum semel testes omni exceptione maiores in matrimoniali causa voluerit, ad alios omnes eiusdem materie casus protrahenda dispositio est d. l. non possunt de legi.

58 Quarta ratio, matrimonium & clandestinum valet de iure communi, & consensu perficitur sicut solemne quoad probationem, vt vitetur peccatum, ideo potest probari per testes consanguineos cap. sicut ex litteris de sponsa. per parentes, nisi adsit inæqualitas cap. super eo in 2. de testi. per cognatos vtriusque sexus cap. videtur. qui matrimo. accus. poss. Respondetur rationem & procedere attento iure communi veteri non nouo Concilij Tridentini cum solus consensus non sufficiat, sed presentia parrochi & testium necessaria sit d. cap. 1. sessio. 24. de reformatio. Conc. Tridenti.

59 Nec & dicitur etiam hodie fauorabile quo ad prohibitionem, frustratoria enim est neque in euentus expectandus cuius effectus nihil potest operari l. aliquando §. fina. ff. ad Velleia. l. cum hæres §. 1. ff. de acqui. hæred. l. apud Iulianum §. fina. l. ille a quo in princi. ff. ad Trebel. l. hæc stipulatio §. Diuus ff. vt legati. no. cauea. Crauet. consil. 685. num. 9. cum coniectis per Surd. decisio 184. num. 8. Neque facit tex. in d. cap. sicut ex litteris cap. super eo. titu. cap. videtur quoniam eis fuit supra satisfactum.

60 Quinta ratio, ab autoritate & Innocen. qui in cap. 2. de clandest. despon. scriptum relinquit, & illius approbatur frequentius traditio, Matrimonium publicum præiudicare clandestino, & si clandestinum habeat pro se vnum testem, & famam, quæ am-

bo plenam non efficiunt probationem per testes omni exceptione maiores sequitur Panormita. in d. cap. super. eo. 7. nota. de testi. & alij plerique quos decisio adfert num. 7. quæ tandem à Ferret. consil. 48. numer. 1. receptam testatur: Respondetur enim contrariam sententiam tenuisse innumeros, quos recenset Gabriel. titu. de testi. conclu. 8. numer. 4. & sequen. Alciat. tractat. de præsumptio. regu. 1. præsumptio. 39. numer. 5. & sequen. Conrad. in practi. §. 2. rubri. de testi. verbo omni exceptione maior numer. 88. Mascard. tractat. de probat. part. 2. conclus. 1019. num. 4. qui innumeros citat Treusan. decisio. 39. numer. 1. lib. 1. qui omnes & alij ab his adducti affirmant in matrimonij etiam clandestini probatione testes requiri omni exceptione maiores, vt supra dictum. An autem contraria communis sit dubitauerim.

61 Tertius casus & decisionis est, quando agitur de probando matrimonio clandestino simpliciter, & ultra qualitatem clandestinatis concurrunt alia circumstantiæ quæ contractum ipsum reddunt suspectum; huius casus decisionem refert decisio indecisum relinquisse dominos, quia veritatem adhuc ignorabant, nec processus instructus erat, qui qualiter diffiniri possit ex superioribus satis colligitur.

62 Non tamen & tantorum patrum decisionem reprobato (& si me a mea non dimoueo sententia) quæ sub Aldobrandino Rotæ tunc auditore integerrimo fuerit ventilata is nunc summis actus honoribus, virtutis, litteris, & sanctimonia refertus. In summo Christi Vicariatu sedet, feliciter viuit & regnat, Clemens Octauus, quæ Deus Opt. Max. incolumen seruet ad Neitoores vsq. annos.

63 Secundo inferre & quis poterit (salua semper sanctæ matris Ecclesiæ auctoritate) intellectum ad tex. in d. cap. 1. sessio. 24. Con. Trident. de reformati. matri. vt cum hodie matrimonia clandestina sint peccata antiquata, & omnino deleta, & teneantur contrahentes publice coram parrocho, & duobus vel tribus testibus, contrahere de legitimis, & idoneis, & omni exceptione maioribus intelligetur. Atque hinc parentes, coniunctos, & quibus nota impingi potest, reiiciendos esse superius ratione tradita: quia cum hodie vacandus sit parrochus & testes, nec vlla clandestina possint celebrari, omnes vocandi sunt exceptione maiores: ratio enim qua mouebantur & existimantes clandestinum matrimonium non testibus omni exceptione maioribus posse probari.

ri: scilicet quia id sit difficilis probationis Menoch, post supra relatos in commenta. de arbitra. iudi. qq. casu. 116. numer. 16. & in his, quæ clam fiunt & occulto, testes & si aliquo modo inhabiles admitantur, cessat hodie: unde cum potuerint vocari habiles & non fuerint, in culpa sunt contrahentes nec illis probari matrimonium poterit.

66 Rursus, cum & publice celebrentur hodie matrimonia, & in matrimonijs publicis testes omni exceptione maiores requirantur in quo ferè nullus dissentit, ab his, quæ iuris sunt communis decretum Concilij Tridentini. interpretationem recipiet l. 2. C. de noua. actio. cap. cum dilectus de consuetu. Deum cum de testibus & simpliciter & indistincte loquatur consilium, de habilibus intelligendum & l. 1. cum ibi notatis C. de sacrosan. Eccles.

67 Ex & quibus rejicietur Spinus existimans tractat. de testa. glos. 15. num. 46. 47. in matrimonij contractu inhabiles, parentes, & consanguineos hodie testes esse posse, post hæc scripta Sanch. de Matr. lib. 3. disp. 41. pulchrè defendit testes qualiscumq; sufficere.

SUMMARIVM.

- 1 Contractus dicuntur facti.
- 2 Facta non presumuntur.
- 3 Facta sunt incerta.
- 4 Matrimonium est quid facti, & non presumitur.
- 5 Contractus testibus probantur coniecturis, & instrumentis.
- 6 Scriptura non est de essentia contractus.
- 7 Scriptura est de essentia contractus ubi id expressim conuentum est.
- 8 Scriptura non est de essentia contractus nisi expressim conuentum esset quod in scriptis fieret & aliter non valeret.
- 9 Scriptura non est de essentia contractus matrimonij.
- 10 Matrimonium probari potest per scripturam vel dotale instrumentum.
- 11 Andrea Gasl. opinio dicentis per constitutionem dotalem non probari matrimonium.
- 12 Andrea Gasl. opinio reprobat.
- 13 Matrimonium dotali instrumento probari, tenet Rota Roma.
- 14 Andrea Gasl. opinio declaratur.
- 15 Campe. traditio declaratur.
- 16 Matrimonium instrumento dotali probari intelligi quoad contrahentes tantum non quoad alios.
- 17 Scriptura est de essentia matrimonij inter no-

- biles.
- 18 Matrimonium nobile sine scriptura non re-
cte contrahitur.
- 19 Argumentum de matrimonio carnali ad spiri-
tuale validum.
- 20 Scriptura requiritur in matrimonio spiri-
tuali.
- 21 Prouisus in beneficalibus nisi expeditis lit-
teris possessionem intrare potest.
- 22 Baldi opinio improbat cum alijs qui eum se-
quuntur.
- 23 Authentica maximis C. de iudi. noue decla-
ratur.
- 24 Nuptias Iustinianus illustres noluit contra-
here posse, nisi scriptura vbi dos datur.
- 25 Matrimonium sine dote esse potest nec dotali
instrumento.
- 26 Instrumenta contracti matrimonij regulari-
ter non fiunt.
- 27 Accurtij opinio adfertur existimantis valere
matrimonium sine scriptura.
- 28 Legitimi non sunt filij secundum Iustinia-
num, nisi conscripta fuerint instrumenta
dotalia.
- 29 Matrimonium iure canonico, & filiorum le-
gitimitas sine instrumentis valent.
- 30 Baldi opinio damnatur.
- 31 Gratia verbo fiat, perficitur.
- 32 Rota Romana declaratum, collationem be-
neficiorum probari etiam per testes.
- 33 Rota Romana declaratum scripturam non esse
de essentia collationis.
- 34 Liber parrochi concurrentibus aliquibus con-
iecturis probat matrimonium.
- 35 Liber parrochi iure nouo Concilij Tridentini
probat matrimonium.
- 36 Liber parrochi hodie est authenticus.
- 37 Parrochi fides electa à Sacro Concilio Tri-
dentino.
- 38 Libro electi ab aliqua vniuersitate plene cre-
ditur.
- 39 Libro parrochi de morte, sepultura, vel excom-
municatione creditur.
- 40 Matrimonium non fuisse contractum pro-
batur ex inspectione librorum parrochi.
- 41 Libro baptismatis à parrocho confecto credi-
tur.
- 42 Declaratio decreti Tarraconensis.
- 43 Cap. 2. de consuetudine quo statuitur, ut li-
ber in Ecclesia conficiatur circa consuetudi-
nes celebrandi officia declaratur.

COMPARATIO. IX.

CONTRACTVS QVIVD FA-
cti dici, Matrimonium itidem, & que
inde utilitas, luculenta tractatio.

CONVE-



1 **C**ONVENIUNT no-
no, & vt cum contractus sint
quid facti ratione consensus
l. si vnus §. pactus ne pene-
ret, ibi, quia in stipulatio-
nibus ius continetur, in pa-
ctis factum versatur. vbi Bart. & poste-
riores adnotarunt ff. de pac. l. Concilio
ad finem ff. de curat. furio. & noue. de-
clarauit lib. Explor. iuris. 3. cap. 7. Fa-
cta & porro non presumuntur nisi proben-
tur l. in bello §. facte ff. de cap. & post.
reuer. capit. cum Ioannes §. verum res-
ponsonem de fi. instrum. Panormita. in
capit. in presentia numer. 3. de probat.
cap. cum in iure peritus, inibi Panormita.
& alij de offic. & potest. iud. delega. Cot-
ta. in memora. verbo facta non presumun-
tur Deci. in l. quatenus numer. 2. de reg.
iur. ibidem. Cagnol. numer. 7. Rebuffi. in
l. vnica numer. 141. C. de sentent. quæ
pro eo Bal. consil. 459. numer. 12. lib. 4.
Bursat. consil. 36. numer. 12. Menoch. tra-
ctat. de presumpt. lib. 2. presumpt. 2. numer.
3. idem eo. tractat. lib. 6. presumpt. 15.
numer. 7. & presumpt. 1. lib. 4. numer. 2.
presumpt. 31. numer. 3. eo. lib. 6. num.
155. numer. 3. eo. presumpt. 14. lib. 6. num.
1. Mascard. tractat. de probat. tom. 2. con-
clus. 732. à numer. 1. qui etiam reddit ra-
tionem, quæ & ab alijs prius tradita est,
nam & cum facta sint incerta l. in omni C.
de iur. & fac. igno. ideo illorum vis & pro-
batio dubia reputatur l. Arethusa ff. de ita.
homi. l. triticum ff. de verb. obliga. Et quia
latent facta sapius, præter ea quæ notoria
sunt capit. cum in cunctis capit. quanto de
Transla. Episco. Alciat. respon. 40. numer.
6. lib. 6. cum alijs per eundem Mascard. ad-
ductis d. conclus. numer. 2. vbi & regulam
hanc protendit dupliciter, & declarat tri-
pliciter.

4 Vnde cum & matrimonium sit contra-
ctus, consequens vt & facti esse dicatur ra-
tione consensus l. nuptias de regu. iur. d. 1.
Concilio, de curat. furio. d. §. pactus ne pe-
teret.

Utilitas questionis in eo versatur vt cum
facti sit, non presumitur matrimonium nisi
probetur, ideo ei qui dicit incumbit onus
probandi, argu. l. ei qui ff. de probat. &
expressim in matrimonio Caphal. consil.
64. num. 19. lib. 3. Parisi. consil. 61. numer.
1. lib. 4. Maria. Socin. consil. 86. numer.
6. lib. 2. Mascard. tractat. de presumpt.
lib. 3. presumpt. 1. num. 1. qui seipsum alio
loco citat consil. 199. numer. 2. lib. 2. idem
consil. 342. num. 1. lib. 4. & lib. 5. presumpt.
2. numer. 37. Et lib. 6. presumpt. 54. numer.

12. Malaue. conf. 42. num. 7. & 30. conf. 124.
num. 50.

5 Planè sicut ceteri contractus & testibus
probari possunt, scriptura vel instrumentis,
coniecturis etiam, & presumptionibus sic
matrimonium de testibus dixi supra com-
parat. octaua. de instrumentis nunc superest,
& presumptionibus sanè & cum in alijs con-
tractibus scriptura non sit de essentia, sed
ad probationem tantum qua facilius acta à
partibus iudici innotescant l. contrahitur ff.
de pigno. vbi & glo. Bart. & ceteri. celebris
tex. in l. pactum quod bona fide C. de paci-
l. in exercendis C. de fide instrum. nisi in
casibus à iure expressis glos. quæ eos recen-
set in cap. 1. de censib. lib. 6. & in dal. con-
trahitur. Aut & nisi partes aperte conuenif-
sent vt contractus in scriptis redigeretur, l.
contractus C. de fide instrum. inibi glos. &
ceteri §. 1. vbi Angel. instit. de emptio. &
venditio. Gomez lib. resolut. 2. cap. 2. num.
17. Vasq. lib. 2. qq. vsufrequen. cap. 16. num.
7. Matien. in l. 1. titu. 7. num. 2. glos. 5. fed &
etiam vbi expressè & partes ita conuenissent
vt in scriptis redigeretur, et si id non fieret,
pars à conuentione ipsa, & contractu rece-
dere non posset, vere enim fuit initus perfe-
ctusq; contractus, & licet conuentum fuerit
fore in scriptis redigendum, quo ad proba-
tionem tantum in dubio intelligitur, non
quoad perfectionem, ideo nec penitentia
locus erit, iuxta receptiorem sententiam; ni-
si addita fuissent alia verba, quod in scriptis
fieret aliterq; non valeret: hic vt dixit com-
munis est intellectus ad. d. l. contractus C. de
fi. instrum. Pau. de Castr. conf. 52. lib. 2. Sigif.
Iofred. conf. 19. numer. 20. Decia. respon.
64. num. 35. lib. 3. Misinge. conf. 91. numer.
4. Angel. consil. 20. numer. 33. Deci. conf.
340. Vasq. tractat. de successi. creatio. part.
1. lib. 2. §. 11. num. 13. erudite ad vtramq;
partem Curt. iuni. consil. 304. numer. 42.
vbi de magis communi: & indicatum secun-
dum hanc opinionem asserit Bursat. con-
sil. 100. numer. 18. lib. 1. Pinu. consil. 87.
Ioseph. Ludouic. decisio. Perusia. 101. num.
5. & 13. Et si contrariam tenuerint mul-
ti, quales Paul. Casir. sibi ipsi contrarius
in d. l. contractus & in l. cum ref. C. de
proba. & in consil. 291. numer. 2. Sino. de
Pret. conf. 6. num. 18. Rimin. iuni. consil. 15.
num. 18. & 28. lib. 1. qui alios in matrimo-
nij & contractu. vt in ceteris nec scriptura
requiritur, potest autem per scripturam pro-
bari si deficiunt testes. Veluti si & confec-
tum fuerit instrumentum; aut si factum non
sit dotis promissione, quæ in scriptis redi-
gi solet matrimonium probabitur: si enim
id contineat mulierem viro in dotem pro-

mississe centum, nec dum dos ipsa, sed & illud probatur Bal. in cap. series. ex. de testib. argu. l. 3. ff. de iure. Doti. Deci. consil. 35. num. 2. post Roma. singu. 446. Socin. senior. consil. 39. num. 5. & 10. lib. 1. Curt. iuni. consil. 95. num. 2. Paris. consil. 170. num. 8. lib. 4. Mascard. tracta. de proba. tom. 2. conclus. 1022. Menoch. tractat. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. nu. 90. quibus addendum idem censile Rotam in decis. 130. num. 6. in nouissimis.

11 Contrariam sententiam & docet Andr. Gail. lib. obseruan. 2. cap. 87. num. 7. dicens nullam facere probationem dotalem promissionem citat canonistas in cap. illud de præsumpt. vbi Felin. num. 3. Alex. cons. 21. num. 4. Roma. singu. 451. Saray. ad Mathesil. singul. 79. illius & opinio vera non est indistincte sed declaranda ut in proxima sequenti declaratione.

Declaratur primo ut non procedat quoad plenam probationem sed quo ad semiplenam, nisi alia concurrerent cum hoc instrumento adminicula que plenam efficerent Panor. in cap. illud num. 6. & Felin. ibi. num. 3. de præsump. Iass. cons. 168. num. 18. lib. 4. post Roma. singu. 446. Alex. cons. 21. num. 4. lib. 1. Mascard. d. conclu. 1022. num. 2. Et licet Meno. d. præsump. nu. 90. dubiam dixerit hanc probationem, communis tamen interpretum sententia eam proculdubio amplectitur; Quinimo Rota. & modo allegata decis. 130. aperte docet matrimonium solo dotali instrumento probari, licet eam intelligendam esse opiner concurrentibus alijs adminiculis quemadmodum constat ex eadem decisione ex his que a num. 1. vsq. ad finem tradit. Et ita etiam & declarandus Gail. in d. obserua. 87. qui alioquin aduersus communem loqueretur; sic etiam declarandus Campe. & tract. de testi. conclu. 399. num. 1. qui simpliciter affirmat ex solo donationis propter nuptias instrumento probari matrimonium, & in hunc modum declarat & sequitur communem dicens, Meno. sibi contrarius cons. 15. num. 11. lib. 1.

16 Declaratur secundo & ut procedat quo ad ipsos tantum contrahentes matrimonium, non quo ad alios, cum enuntiatio illa tertio prejudicium adferre nequeat Bal. in auth. si quis in aliquo documento nu. 6. C. de eden. & in l. 2. num. 8. C. de excep. rei. iudi. Goza. cons. 41. lib. 2. Alex. cons. 21. lib. 1. Mascard. qui alios d. conclu. 1022. num. 3. Menoch. d. præsump. nu. 92. Camp. tract. de testi. conclus. 399. num. 1.

17 Subdeclara predicta & egregie duobus modis. Primo in scriptura seu instrumento matrimonij contracti inter nobiles & mag-

18 nos viros quia & hec in his personis dicitur de substantia nec per testes probatur matrimoniu apud eos: sic scripsit singulariter Bal. in rubr. ex. de rescrip. num. 2. citat. tex. in athen. maximis C. de iudi. Marfil. eum sequitur in rubr. de probat. num. 22. ambos refert & probat Mascard. tracta. de proba. to. 2. conclus. 1019. num. 22. Imprimis quoad Mascard. pertinet corruptissima illius littera est, nam athen. maximis non est sub ritu. de iudi. sed titu. de Nup. que Bal. assertionem probat. Marfil. autem Baldum allegat non in rub. de rescrip. Sed in l. si qua per calumniam C. de Epif. & cleri. qui vero in extremis verbis id dicit: idem affirmat in d. rub. num. 21. Marfil. alium nullum quam solū Bald. adfert, Mascard. simpliciter Baldi & Marfilij opinionem approbat. Dupliciter vbiq. Bal. ratione mouetur. prima ex tex. in d. athen. maximis. que nuptias nobilium non rite, sine instrumentis dotalibus confici posse statuit. Secundam & sumit rationem ab eo quod vulgo fieri solet argumento, de matrimonio carnali ad spirituale & e contra cap. cum inter canonicos de electio. cap. quonia frequenter §. porrō ex vt lit. no. contesta. ca. inter corporalia & cap. fina. de transla. Epif. eo. authen. nisi rogati vbi Bart. & ceteri C. ad S. C. Trebel. argumentatur Euerat. lo. 6. 33. Et infra declarabimus suo loco. at in matrimonio carnali vbi inter magnos agitur matrimonium, requiritur scriptura d. athen. maximis id ipsum & in matrimonio spirituali veluti collatione beneficiorum requiritur scriptura, nihil allegat, potuit & citare tex. in extrauag. iniuncte de electio. in commu. vbi nisi litteris expeditis intrare possessionem prouisus nequit facit tex. in cap. post cessionem de proba. l. probatorias C. de diuer. offi. lib. 12. C. l. vnica C. de manda. principa. voluit enim Bal. illic probare, in collationibus magni redditus beneficiorum scripturam requiri.

22 Nullus hanc & Bald. improbat traditione, que tamen mihi nunquam placuit nec vera est: dixit ille ut erat ingeniosus, & subtilis multa, que vera non sunt, & ab alijs plerumq. improbantur. non igitur facit tex. quo Bal. Marfil. & Mascard. mouetur in d. & authen. maximis, non enim voluit tex. maximis decoratos dignitatibus vxore ducere non posse: nisi instrumentis nuptialibus prius confectis, sed dotalibus ait, que quam diuersa sint, vel ex ipsa verborum differentia satis constat argu. si idem C. de codicil. & d. authen. maximis in hac verba loquitur. *Nisi dotalibus instrumentis conscriptis & in corpore vnde sumitur §. quia vero legem in primo in authent. ut liceat matri, & auiæ collat. 8. qui bis eadem*

24 dem repetit verba. Nuptias & ergo illustres noluit Iustin. contrahere posse, nisi dotalibus conscriptis instrumentis, vbi dos datur potest tamen matrimonium & vel nuptia sine dote celebrari licet conuerso ordine dos sine matrimonio minime l. 3. ff. de iur. doti. l. fina. §. sunt. C. de donatio. ante nup. Bart. & posteriores in rubr. ff. solut. matrim. Menoch. tracta. de præsump. lib. 3. præsump. 6. num. 19. & ad institutum nostrum scripsit Cæpha. consil. 384. num. 29. lib. 3. in vsu non esse instrumenta fieri contracti matrimonij, & hic verus & nouus illius athen. & §. sensus videtur.

27 Accurtius autem & hanc presentiens difficultatem in §. fin. inst. de nup. post. Pla. & Azo. relatum opinionem existimantium non valere matrimonium, eorum improbat traditionem quia (inquit) nuptias solus facit consensus l. nuptias de reg. iur. id factum fuisse existimat & propter filiorum tantum primogenitorum legitimam quos non legitimos esse statuit ex subsecuto matrimonio Iustinianus, nisi dotalia prius conscripta fuerint instrumenta d. §. fin. & §. 1. in authen. de here. ab intesta. venien. §. 1. in authen. de filijs ante dotalia. instru. ad medium collat. 3. cum alijs per glos. congettis in d. §. fina. & nouissime eruditissimus Peregrini. tracta. de fideico. arti. 24. num. 54.

29 Sed nec attento iure & canonico quod in terris etiam imperij seruandum fore existimat Angel. in d. §. fina. hac opinio vera est, nam & matrimonium tenet, & filij legitimi sunt cap. tanta ex. qui si. sint legit. idem probat & sequitur Iass. ad Portium in d. §. fina. & in eandem. concendit Accur. in d. §. quia vero legem in verbo iubemus. Didac. de sponsa. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 8. Paris. cons. 13. num. 49. lib. 2. Thesau. decis. 83. Pe. reg. in d. art. 24. num. 55.

Neque hic casus inter ceteros qui scripturam desiderant recensetur quos glos. canonica in cap. 1. de censib. lib. 6. Ad hæc & Bald. fallitur qui opinatur in collatione beneficiorum scripturam esse de substantia, nec ea traditio vera est nisi quo ad probationem ut in contractibus dixi. Verbo & enim fiat perficitur gratia cap. inquisitionis 25. quest. 2. clemen. dudum. fina. ibi verbo vel scripto de sepultu. & collatione sola ius quaeritur sine scriptura cap. si tibi absentis de præben. lib. 6. cap. fin. de concessio. præben. eo. libro. cap. cum venissent, & ibi Panormit. de restitu. spoliato. idem Panorm. post Ioan. Andre. & Archidia. in proemi. sexti. in cap. in nostra ad finem de rescrip. vbi & Felin. in extremis verbis. Deci. in rubr. de constit. vbi & idem Felin. Iass.

consil. 164. lib. 2. cum alijs congettis per Rebus. in concor. Galli. rubr. de Manda. Apolo. verbo litteras in principio & in fin. glos. vbi & huius Bal. traditionis meminit latissime qui ad vtramque & contrarijs respondet Selua. in tracta. de benefi. quest. 22. a num. 1. vsque ad finem, quorum dictis hæc receptissima est opinio, pro qua & non semel in summo Romani prætorij auditorio fuit declaratum, decit. 38. sub titulo de probatio. in antiqui. illius hæc sunt verba. *Die quod collatio alicui facta de aliquo beneficio seu titu. beneficij probatur per instrumenta seu per testes in iudicio cum habeant eandem vim ut cap. cum Ioannes eremita de si. instru. facti. cap. post cessionem de proba. hæc decisio: Extat altera longior in eisdem terminis decis. 87. a num. 1. in antiquis sub. titu. de rescrip. que noluit scripturam requiri: & quia inquit non est de substantia, tantum sit ut collationis probatio appareat argu. l. in re. hypotheca. ff. de si. instrum. que omnino videnda. Vtque recte Selua. supra animaduertit num. 7. & 8. non hic inter alios casus qui scripturam requirunt numeratur. His Bal. & posteriorum traditio euauit. Quinimo nec ea vsu recepta vnquam fuit. Subdeclara & secundo in libro parrochi vel curati in quo ab his, nomina contrahentium matrimonium cum die & loco describuntur, nam liber hic concurrentibus aliquibus coniecturis probat matrimonium maxime in antiquis, huius traditionis nec Menoch. nec Mascard. meminit, aut alij qui de probando matrimonio egerunt. ita multorum auctoritate, Rota paucis ab hinc annis auditor & conterraneus noster doctissimus Robulterius decidit decis. 340. 2. part. in nouissimis.*

35 Cuius traditio & multo magis hodie amplectenda erit post Sacrum Tridenti. Concil. quo parrochi libros habere & recte custodire, in quibus nomina contrahentium describere diem, & locum matrimonij celebrati iubentur. Vnde iure nouissimo mortuis testibus & parrocho solo eo matrimonium absque alijs plene probari existimo matrimonij contractum, Quia & liber hic sit authenticus & ab ipso Concilio fides & auctoritatem suscipiat. argu. eorum que de libero custodito cui fides solet adhiberi, Bart. & ab eo posteriores omnes docent in l. admonendi de iure iuran. & modo dicimus. *Habeat (inquit) Concilium in cap. 1. sessio. 24. de refor. matrimo. parrochus librorum in quo coniugum & testium nomina, diem & locum contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat. Sic in specie postquam superiora scripsissem reperi Mascard.*

card. tenere et si ad aliud institutum tracta-
de proba. conclus. 572. num. 18. cum sequen-
37 tur argumentatione. Prima quia curati fi-
des & industria fuit electa à sacro Concilio,
& verba sic sunt accipienda. ut aliquid ope-
rentur l. si quando de leg. 1. & frustra parro-
chis describendi nomina, onus foret in unum
nisi libro fides daretur.
38 Altera Mascard. ratio est. Libro dicti
de publico plene credi ex traditis per Bart.
in l. quidam §. numularios ff. de edend. Iass.
qui communem refert in d. l. admonendi
de iure. iuran. num. 133. Crauet. tract. de an-
tiqui. tempo. par. 1. sectio. quarto limitatur
num. 66. qui alios, latè idem Mascard. dicto
tracta. conclus. 671. num. 9. Idem illi adden-
dum, & libris eorundem curatorum mor-
tem probari, excommunicationem, & sepul-
39 turam Aymon. Crauet. d. tracta. de Antiqui.
Tempo. 1. par. sectio. vidimus & abunde nu.
1. & qui latè & diffuse Quintil. Mendo. ad
regu. Cancell. 18. num. 3. quæst. 10. Menoch.
tracta. de præsump. lib. 2. præsum. 51. nu. 53.
cum seq. Quibus adde Francif. Cald. in tract.
de ininteg. restitu. vero minoribus num. 33.
cum seq. Lauren. Pinu. conf. 83. num. 4. 10.
13. Vincen. Ann. singul. 379. num. 83. Ioseph.
40 Ludoui. decis. Peru. 55. num. 7. Sic & conuer-
so ordine non fuisse contractum matrimo-
nium negatiue probatur ex libris curatorum
in quibus nomina contrahentium matrimo-
nium describenda, sunt, argu. eorumque cru-
dite docet Hercul. tracta. quem. negati. nu.
168. & comprobatur ab alijs Menoch. conf.
199. num. 3. lib. 2. vbi de matrimonio agit.
41 Sic sane in libro & baptismatis a parrocho
confecto omnes sentiunt quoad baptizatum
quem & illius etiam aetatem probari bapti-
zati opiantur Mendo. de regu. 18. a num. 1.
quæst. 10. post Sapiam in l. de aetate nu. 33.
de inte. actio. Ioseph. Ludoui. d. decis. 55. nu.
7. Mendo. d. præsump. 51. num. 53. Vbi de-
cis. 184. num. 15. lib. 1. ut cum eodem sacro
Tridentino Concilio fuerit decretum teneri
parochos librum conficere in quo baptizatos
& leuantes de sacro fonte describant. Que de
libro contrahentium matrimonium diximus
eadem de hoc ipso repetenda sunt: ut hodie
maiores quam olim fidem faciat, ut Mendo.
animaduertit supra.
42 Ex his inferatur vera declaratio & sacri
Tarraconen. decreti. cap. 3. tit. de baptism.
lib. 3. quo statuitur curatos, baptizatorum pa-
rentumque, illorum, leuantium & suscipien-
tium nomina, in libris ad id expressim confe-
ctis, adnotare debere, tum etiam & mortuorū
nomina: hoc ipsam decretum post fuit inno-
uatum in cap. 4. immediate sequenti, quo

statuitur Parochos quinq. libros teneri con-
ficere, baptizatorum unum, confirmatorum con-
trahentium matrimonium, defunctorum & eo-
rum qui singulis annis confiteri peccata tenen-
tur: hi enim libri in dubiam fidem faciunt.
43 Eadem declaratio pro trahenda est ad
cap. 2. de eiusdem Tarra. Conc. consue. vbi
Concilium iubet librum confici, quo consue-
tudines circa celebranda officia describantur.
Eadem declaratio pertinet ad cap. 2. de re.
Eccl. non alie. voluit librum fieri, in quo docu-
menta omnia beneficiorum Ecclesiarum conti-
neantur, quem in sacario vel sacristia inbet
custodiri.

SVMMARIVM.

- 1 Probatione plena non possunt omnia constare.
- 2 Probatio per coniecturas dicitur vera probatio.
- 3 Delicta coniecturis probantur.
- 4 Adulterium coniecturis probatur.
- 5 Heresis coniecturis probatur.
- 6 Noct e qua sunt coniecturis probatur.
- 7 Affinitas coniecturis probatur.
- 8 Antiqua coniecturis probantur.
- 9 Matrimonium clandestinum coniecturis pro-
batur.
- 10 Copula post sponsalia sequuta, matrimonium
presumitur.
- 11 Copula subsequuta, presumitur nouus consensus.
- 12 Actum faciens, in dubio censetur illum facere
causa precedentis obligationis.
- 13 Copula carnalis post sponsalia, an iure nouo Con-
cilij Tridentini matrimonium faciat.
- 14 Capis qui fidem, an sublati sit iure nouo Con-
cilij Tridentini.
- 15 Marti. Azpilcueta laudatur.
- 16 Matrimonia presumpta Concilio Tridentino
sublata.
- 17 Azpilcueta nepos Salmanticensis academia in-
terpres laudatur.
- 18 Petrus Binius, & Triuisianus reprehensi.
- 19 Concilium Tridentinum in c. 1. de refor. ma-
trimo. de sponsalibus non loquitur.
- 20 Triuisiani opinio reprobat.
- 21 Triuisiani decisio 20. expensa.
- 22 Binius, & Triuisiani fallacia.
- 23 Azpilcueta nepotis adnotationes ad Concilium
Tridentinum.
- 24 Hispaniarum prætorum quid iudicauerint vir-
tica sponsalia clandestina contracta.
- 25 Sponsalia clandestina contracta, & si non
fuerint iurata valent etiam iure nouo Con-
cilij Tridentini.
- 26 Decisio Rote Romane sub Aldobrandino, ho-
die Sanctissimo Domino nostro Papa, ad-
fertur.
- 27 Azpilcueta opinio dicentis dispositionem ea. is
qui fid. de sponsa. sublata, probatur.

Matri-

- 28 Matrimonium inter raptorem & raptam va-
luit iure antiquo canonico.
- 29 Matrimonium inter raptorem, & raptam, iu-
re ciuili interdictum.
- 30 Raptor contrahens matrimonium cum rapta,
penas iuris vitabat.
- 31 Matrimonium inter raptorem & raptam su-
blatum à Concilio Tridentino.
- 32 Menochij declaratio ad Concilium Tridenti-
num.
- 33 Confessione raptoris & raptæ assentium se
contraxisse matrimonium non creditur.
- 34 Assertioni dicentium, ea que ab animo pendent
statut.
- 35 Confessione coniugum antiquitus matrimonium
probatur.
- 36 Confessione sola dicentis matrimonium con-
tractum, cum virgine stuprata, pena vita-
bantur.
- 37 Confessione raptorum vel stuprantium, qui as-
serant matrimonium contraxisse, iure nouo
Concilij Tridentini pena non vitantur.
- 38 Declaratio ad vsaticum Barcinonen. si quis
virginem.
- 39 Declaratio secunda ad predictum vsaticum si
quis virginem.
- 40 Raptor contrahens matrimonium cum rapta an
sit hodie omnino liberandus.
- 41 Raptorem contrahentem matrimonium cum rap-
ta, penas non vitare, qui tenuerint.
- 42 Raptor cum rapta contrahens mitius puniendus.
- 43 Raptor contrahens cum rapta quomodo libe-
randus.
- 44 Raptor pena mortis tenetur.
- 45 Raptor iure Canonico ut puniatur, que requi-
rantur.
- 46 Raptor ut puniatur, que requirantur.
- 47 Ius Canonice à ciuili, in quo differat, circa
raptorum penas.
- 48 Pena mortis iure ciuili imposta raptori, iure
Canonico sublata non fuit.
- 49 Authoris opinio qualis.
- 50 Raptus crimen publicum.
- 51 Criminis raptus accusatio popularis est.
- 52 Raptus accusatoribus, antiquitus premia da-
bantur.
- 53 Occasio delinquendi auferenda.
- 54 Origo in delictis attenditur.
- 55 Laicus comitens delictum qui postea in fraude
se clericum facit, puniri potest per iudicem
laycum.
- 56 Raptus mulieris, iniuriam infert parentibus.
- 57 Authoris opinio que.
- 58 Declaratio tertia vsatici si quis Virginem.
- 59 Pena alternatiua imposta, an in electione sit
Iudicis vel rei.
- 60 vsatici si quis Virginem verba, corruptentem
respiciunt.
- 61 Authoris opinio qualis.

- 62 Pena priori loco relata ab statuto vel lege, im-
ponenda est per iudicem.
- 63 Iure Canonico raptoribus qualis pena fuerit
indicta.
- 64 Matrimonium sequens, corrumpenti penam
aufert, non tamen dotandi onus.
- 65 Mathei de Afflict. opinio circa rapietes qua-
lis.
- 66 Raptor nobilis, cum rapta ignobili matrimo-
nium contrahere non tenetur.
- 67 Filij ex matrimonio presunto nati illegiti-
mi hodie.
- 68 Matrimonia que non contrahuntur iuxta for-
mam sacri Tridentini Concilij adulteria po-
tius quam matrimonia dicenda.
- 69 Filij nati ex matrimonio putatiuo vbi agitur
de ipsorum legitimitate, legitimi censentur
& succedunt parentibus.
- 70 Filios ex putatiuo matrimonio natos fore le-
gitimos quo ad successionem fuit declaratum
a Rota Romana.

COMPARATIO. X.

VT COETERI CONTRACTVS
coniecturis, & presumptionibus adiu-
uantur, matrimonium itidem; Et an id
hodie attento Sacri Tridentini decre-
to, Concilij Luculenta, & utilis inda-
gatio.



VM nequeant & omnia ple-
na in contractibus & hominū
dispositionibus iudici proba-
tione constare, hincq. in claris
non sit opus coniecturis l. ille
aut ille §. cum in verbis de leg.
3. ad presumptiones & coniecturas decurre-
dum est. Ea vero probatio vera etiam dicitur,
quoties & nisi presumptiua fieri non potest
Deci. in rub. de proba. num. 17. refert
Mascard. tracta. de proba. tom. 1. q. 10. num.
16. adde tex. egregium in l. licet imperator
ibi, si non fuerit euidentis diuersa voluntas de-
functi quæ ex multis colligitur de leg. 1. vbi
Iass. scripsit. Ita fit vt ad presumptiones de-
uenire oporteat in contractibus l. post con-
tractum de donatio. vbi Bart. coniecturas me-
morat. Iass. in l. si quis ex argentarijs §. præ-
tor num. 26. ff. de eden. latissime Menoch.
tracta. de præsump. lib. 3. præsump. 65. a nu.
1. cum sequent. Mascard. tracta. de proba-
tio. tom. 1. quæst. 10. a num. 1. dixi supra
comparatione quarta, dum de societatis cō-
tractu huic simili dixerim, qui & coniecturis
iniri tacite potest.
3 Nam in delictis & idem vindicat, his ma-
xime quæ secreto, & noctu patrari solent,
C 4 quem-

4 quemadmodum in crimine & adulterij cap. preterea de testi. cap. litteris cap. tertio loco de proba. & Simonia: cap. per tuas cap. sicut de Simo. Heresi & cap. cum contumacia de hereti. lib. 6. in milite transfuga, & desertore. l. non omnes §. a barbaris ff. de re. milita. 5 His denique & omnibus qua nocte, in heremo, aut domi comittuntur l. consensu. §. super plagis C. de repud. Filiatione l. filiu ubi Bart. ff. de his qui sunt sui vel ali. in. Affinitate & cap. licet ex quadam ex. de testi. in & rei antiqua probatione l. census l. monumenta ff. de probatio. Extremo & matrimonio occulto, & clandestino, aut eo cuius probatio aperta non est.

10 Hec autem & ab omnibus prior & precipua adferri solet quoties inter duos contracta fuerunt sponsalia, deinde copula fuit inter eos carnalis sequuta, que tam valida est, ut inris & de iure ab omnibus nominetur cap. is qui fidem, & ibi glo. Panorm. & posteriores de sponsa. ea motus ratione, quia & exultimavit lex ex carnali copula & noua coniunctione, nouum etiam consensum superuenisse, quo promissionem voluerint perficere anteriorem: cum aliter ex carnali copula sola, peccatum mortiferum eliceretur Dida. in epito. de sponsa. r. part. cap. 4. §. 1. num. 1. Et quia & actum faciens in dubio, causa precedentis obligationis facere censetur l. quadam ff. de rei vendica. quam rationem reddidit Menoch. tractat. de presump. lib. 3. presump. r. num. 8. qui num. 6. superiorem refert coniecturam alios adferens, & qui multos Mascard. tracta. de proba. 2. tom. conclu. 1027. a num. 1. Trini. decis. 20. lib. 1. a num. 1. Graphi. cap. 12. nu. 44. lib. 1. par. 2. decisio.

13 Ab hac veluti omnium & potiori exordiri volui coniectura, quoniam si hec, iure sacro Tridentini Concilij fuit antiquata, oleum & operam me perdere putauerim, si alias (que multae sunt) coniecturas recenseam, quarum declaratio nullum allatura sit commodum. Videamus an id verum sit. & Hispanici scriptores censuerunt, tex. illum cap. is qui fidem sublatum hodie fuisse Tridentini Concilij decreto cap. 1. sessio. 24. de reforma. matrimo. Eorum omnium prior huius sententia & author fuit Mar. Azpil. vir memorandus, & omnium quos anteriora secula pepererunt in diuino, Canonico, & Cosafareo simul iure, doctissimus simul, & sanctissimus, in Manua. Confesso. cap. 25. num. 144. & ante in cap. 22. num. 28. Cum enim nisi certa forma a Concilio sacro prescripta contrahi nequeat matrimonium, & consequens est presumpta hodie matrimonia nullius esse effectus. Eandem post, idem

Azpil. comprobauit sententiam. consil. 21. num. 2. cum sequen. sub titu. de sponsa. consil. 53. num. 1. ad medium consil. 38. num. 2. eod. tit. de sponsa. post Didac. Perezi. lib. 5. titu. 1. l. 1. fol. 41. Eandem & de loco superiori eiusdem nominis illiusq. consanguineus Salmantica comprobat, dum sacrum illud cap. 1. decretum Concilij Tridenti. interpretabatur Azpilcueta, vir impense doctus a quo ceteri post hausere. & Gutier. tractat. de contract. iura. cap. 51. num. 12. Matien. in rubr. titu. 1. lib. 5. noue ordinum. 43. & num. 52. repetit idem Gutier. lib. 1. Canonica. quest. cap. 18. num. 4. Spin. tracta. de testa. glo. 15. num. 55. cum sequen. Ex Theologis Vival. in Candela. aureo. tit. de matrimo. num. 47. obiter Ludou. Beia. in respon. casu. consen. casu. 18. versic. Et quamuis non sit negandum. Post virum illum insignem Azpilcueta seniorum mox sequuti fuere cum & Itali, Menoch. tracta. de presump. lib. 3. presump. r. nu. 99. qui hanc solius Azpil. autoritate ductus sententiam prodidit: eodem tempore (non enim vnus alterius meminit) Mascard. id ipsum scripsit tracta. de probatio. conclus. 129. num. 7. solum referens Azpil. tom. 2. Alij post. Mozi. de contract. b. titu. de sponsa. §. de naturali. sponsa. num. 5. Lancel. in consuetudi. Alexandrie glo. maritus. quest. 1. num. 18. Canalean. in reperto. suo ad 1. part. decisio. verbo matrimonium sine denuntiationibus, qui & solum memorat Azpilcueta.

18 Contrariam & sententiam audatius quam par sit tenuit Ioan. Petr. Bimius consil. 62. num. 33. eum sequitur (& deterius) iudicando Triuisan. decisio. 20. num. 4. lib. 1. existimans dispositionem illius capituli hac ratione sublatam non fuisse: nam sacrum aiunt & Concilium Tridentinum, de contrahentibus tantum matrimonium verba facit, non de sponsalibus loquitur, de quibus vel permixta copula vel absque ea nihil decidit, sed quam infeliciter errauerint omnes viderint. & Id mihi Triuisano in specie casus quem decidit, contigisse video, quod Cai. phē olim inter Iudeos dum disceptaretur, quid in Christum agerent, respondit cum Pontifex esset anni illius, (non enim ut sacra ferunt eloquia a semetipso hoc dixit.) Expediit vt vnus homo moriatur pro populo. Sic fere ille cum Dei in iudicijs ferendis minister esset, rectam falsa ratione sententiam protulit.

21 Quasitum & fuit cum quis prius mulieri ducturam sepolicitus fuisset, post coisset, & nollet an ducere vxorem teneretur; Et cum vir non teneri affirmaret, quia copula subsequenti, sponsio in matrimonium desinit d. cap.

d. cap. is qui fidem, matrimonium autem hodie nisi Concilij solemnibus contrahi nequeat, iudicatum tandem teneri virum ea quam supra scripsi argumentatione.

22 Confundisse & terminos Bimi. & Triuisan. video: Nusquam vir ille doctus, & pius Azpil. asseruit cap. 1. sessio. 24. de reforma. matri. in sponsalibus vindicare: is enim vt omnium prior illius fuit opinionis assertor, capitis is qui fidem hodie sublatam fuisse dispositionem a Concilio Tridentino, idem, alterius, decreto sacro, sponsaliorum fidem & promissionem intactam penitus remansisse docuit. Et si clandestine fuerint contracta sponsalia, atq. in foro conscientia publice obseruata sacri Concilij forma spondentes adimplere constringi, eodem ipso loco quo priorem docuit assertionem scribit d. cap. 25. Manual. nu. 144. Sic enim loquitur. *Peccat primo coniunx modis. supra cap. 22. a nu. 30. postis: Et non complens sponsalia clandestine contracta, etiam post Concilium Tridentinum quia illud solum matrimonium & non illa annullat. hae. ille.* Eandem sententiam post de loco superiori dum illius esset academia decretorum interpres Salmanticensis multis argumentis probabat eiusdem & consanguineus Azpil. in elucubrationibus ad d. ca. 1. sessio. 24. de refor. matrimo. sequi eos fueret ceteri siue diuini aut humani iur. professor. Ioan. Gutier. de contract. iurat. cap. 51. num. 3. vsq. ad duodecimum vbi Alpho. a ver. cru. in specul. adfert coniugiorum, & Anton. de Cord. in suis conscientie casibus Saized. qui alios in additionibus ad Diaz. de Luc. in praec. canoni. ca. 160. qui multis comprobat Spin. tracta. de testa. glo. 15. nu. 80. Et & sepius in Hispania iudicatum enarrat Gutier. supra & repetit in canoni. quest. d. cap. 18. num. 10. vbi & sacrae congregationis illustrissimorum decisionem scribit qua etiam Salzed. Sarmien. lib. selear. 1. cap. 5. nu. 5. Segn. in directo. iudi. Ecclesias. 2. par. ca. 15. num. 6. & 7. Dixi ipse explora. iur. lib. 2. cap. 8. a num. 1. Atq. Mediolani Papiæ, & Roma non semel decisum Cauat. memorat in Reperto. decisio. 1. par. verbo matrimonium sine denuntiationibus: idem Bimi. d. consil. 63. Triuis. decisio. 20. num. 4. lib. 1. Et si & sponsalia non fuerint iuramento vallata sed nuda promissione celebrata Matien. in d. glo. rubi. nu. 43. cu sequen. qui ad id probandum multas adfert rationes, quas Gutier. supra & Spin. consiliuit Iacob. Menoch. conf. 386. a num. 1. lib. 4. post Dida. & alios quosdam relos, celebris & decisio Rotę Romanae corā Aldobrandino. hodie sanctissimo Domino nostro Christi vicario 497. a num. 1. 1. part. decisio. nouissimarum, & si in sponsalibus iu-

ratis loquatur quod nihil refert, vt illi aduertunt. Et pulchre Ludo. Beia. in responsi. casu. consen. coram Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali Paleoto summi nominis I. C. Bononien. Archiepiscopo casu. 18. ad finem versu. Et quamuis & versu. quare confessori 1. par. quamquam non iusta motus ratione Menoch. idem dubitauerit lib. 6. presump. presump. 93. num. 12. Triuis. decisio. 9. num. 2. & 3. & post hac scripta & alios docuerat Sanch. tracta. de matrimo. lib. 1. disp. 12. a num. 1. cum sequen. Vt igitur & finiam Azpil. docuit dispositionem cap. is qui fidem hodie Tridenti. Concilio sublatam, & recte, quia & si copula sequatur promissionem, quia illo iure satis, vt presumeretur matrimonium, quod denuo in facie Ecclesie celebrandum non erat: Num cum clandestina sint omnia qua nisi parrochi, & testium duorum vel trium praesentia celebrantur, & nulla, que denuo aliter contracta fieri debeant: Non inde inferri potest voluisse Concilium sacrum suo decreto, sponsalia etiam tollere siue copula precedat, aut siue ea contracta fuerint: hoc censit spondentem, nisi iusta causa compellendum in facie Ecclesie seruata Concilij forma contrahere denuo, quod antiquo iure cap. is qui fidem necesse non erat. Sed & vterq. hic casus sacra Concilij congregatione decisus est quam Gutier. refert. d. cap. 18. Eandem in Concilij noue cussis sententiam repetit idem Azpil. in consil. 3. sub tit. de consan. & affini. num. 5. in fine, versu. pro contraria tamen parte vnde minus bene respondit Peregrin. nouissime consil. 91. num. 11. lib. 2. Matrimonia presumpta sublatam non fuisse sacro illo Concilio, ex his & quae dubitatione caret, inferitur primo, hodie, quam olim secus fore in matrimonio contrahendo inter raptorem & raptam antiquo enim iure contrahere inuicem poterant vel verbis aut copula sequenti, cap. cum causa & cap. fina. vbi Panorm. & posteriores

29 ex. de rapto. cap. 1. de adul. quamquam & iure foret interdictum ciuili l. vni. C. de rap. virgi. cap. placuit. can. de puellis 36. quest. 2. Dida. in epito. de sponsa. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 1. Matien. in glo. rub. num. 242. lib. 5. titu. 5. Menoch. lib. presump. 3. presump. r. num. 101. Viui. opinio. 679. num. 7. Pegueri. decisio. crimi. 42. a num. 1. Vitabatque & sic contrahens poenas a iure statutas Menoch. supra & Clar. in §. raptus num. 8. Gomez. in l. 80. tauri qui Angel. & Castren. refert affirmantes se in facto obtinuisse Baiar. ad Clar. in d. §. raptus num. 35. Crauet. lib. 3. ref. cap. 11. num. 12. & 13.

31 Hodie sacro Concilio & Tridenti. sublatum illud matrimonium fuit siue copula, siue mutuo

mutuo consensu contractum fuisset, cum ne-
 queat raptor eam in vxore ducere, nisi parro-
 cho, & testibus adhibitis, nec tunc etiam nisi
 in loco tuto reposita a qua liber possit con-
 sensus exquiri ca. 6. sessio. 24. Concilij Trid.
 32 de refor. matrimo. & in specie & dictum Co-
 cilium Tridenti. sic declarat Meno. d. pra-
 sump. 1. nu. 101. & ante ipsum eo non relato
 Dida. in epito. de sponsa. 2. par. ca. 3. §. 9. nu.
 1. Matien. supra nu. 242. vers. hodie vero Ba-
 iar. ad Clar. supra nu. 35. vers. adde quod ho-
 die. Viui. d. opinio. 679. num. 7. vers. Et hoc
 quoq. approbat Concilium Tridenti. & re-
 citius Azpilcuc. conf. 32. num. 1. sub titu. de
 sponsa. & conf. 3. sub tit. de consanguinit. &
 affini. n. 6. par. 2. Anto. Thesau. decisio. 217.
 nu. 6. & nullis relatis Pegue. huius Regij Co-
 cilij Senator decisio. 42. nu. 2. in fin. & duo-
 bus citatis Cance. in suis resolu. lib. 3. ca. 11.
 nu. 12. 13. 14.
 33 Subinfertur & necessario sequi, non fore
 standum confessioni rapti & raptae asseren-
 tium se matrimonium contraxisse ad euitan-
 das poenas iuris, nisi id parrocho, & testibus
 doceant, & si enim antiquiori iure id suffice-
 ret, quia solo consensu matrimonium perfici-
 ceretur absq. alijs solemnibus l. nuptias de
 reg. iu. cum alijs a me adductis comparatio.
 3. in principio, & in terminis rapti & rap-
 tae Angel. in tract. de malefici. in verbo. Que-
 ay adulterato, Cepol. post alios a se relatos
 consil. 57. a n. 1. Marfili. conf. 63. Carrer. in
 practi. crimi. §. circa 3. nu. 15. Decia. tracta.
 crimina. li. 1. ca. 13. nu. 44. Bossi. in practi. cri-
 mi. titu. de raptor. nu. 2. 1. nam & in his que a
 voluntate & animo pedent statur. assertioni
 confitetur glo. celebris ab omnibus recep-
 ta in §. alie instit. de actio. vbi. Iassin. 54. post
 Bart. in l. si forte de Cast. pecul. & in l. gerit
 de acquir. heredi. Meno. de arbit. ludi. qq. li.
 1. casu 298. nu. 6. post Ripp. in l. admonendi
 nu. 122. de iure. iur. late Tiraq. tracta. de re-
 tractu. consangu. §. 4. glo. 1. nu. 5. idē Meno.
 tract. de interdic. retinen. reme. 5. nu. 15. Pa-
 tia. tracta. de probatio. lib. 1. cap. 39. num. 5.
 35 Hinc & coniugum confessione sola matri-
 monium probabatur vt Panor. scribit in ca.
 super eo nu. 5. in fine de eo qui cogno. con-
 san. vxo. sup. diffuse Deci. conf. 163. n. 1. Cur.
 juni. conf. 27. nu. 2. qui comunem Socin. iun.
 conf. 82. nu. 9. lib. 2. & qui eos refert Iacob.
 Meno. de arbit. iudi. quest. lib. 2. casu. 103. nu.
 4. cui addendi Panorm. in ca. 2. Secundo no-
 tabi de cladesi. desponsa. Roma. singul. 620
 tu audiisti nu. 2. Viui. opinio. 453. nu. 9. &
 relatis alijs Mascari. tract. de proba. to. 2. co-
 clu. 1026. nu. 1. Et & poenam vitabant hac
 36 assertionem virginum strupatores dum in cri-
 mine deprehenderentur flagranti iuxta glo-

sam ab omnibus memoratam in l. penul. C.
 de fideiussor. vbi Bald. Angel. Salicet. & alij
 Tiraq. qui in numeros de ll. connu. lege. 5. n.
 32. Alex. conf. 24. nu. 15. lib. 2. Marfil. confi.
 crimina. 17. nu. 10. Gerar. singul. 55. Meno.
 de arbi. iudi. qq. casu 103. n. 5. Gomez, Clar.
 & Baiar. supra a me adducti vers. Ex his, &
 qui alios Mascari. tracta. de probatio. to. 2.
 conclu. 1026. nu. 3. Peguer. d. decisio. nu. 4. &
 5. nullis citatis. late Paleo. tracta. de no. &
 spuri. ca. 19. nu. 2. & 3. lib. 8. & ca. 6. n. 9.
 37 Hodie & Sacri Concilij Triden. decreto,
 secus iudicandum, nec enim poenas vitarent
 eorum asseritione nisi matrimonij solemnita
 adhibuissent, nouo coram parrocho & testi-
 bus consensu expresso: ita in terminis nos-
 tra quest. decidit sol. Meno. citata presump.
 1. nu. 101. lib. 3.
 38 Secundo & infertur vera & singularis de-
 claratio ad nostrum vsaticum Barchino. Si
 quis virginem. Si quis aut virginem violenter
 corruperit aut ducat eam in vxorem, si illa &
 parentes eius voluerint & dederint ei suum
 auxilium, aut donet illi maritum de suo valore,
 vt & si olim sola asseritione corruptentis,
 & corrupte asserentium se matrimoniu con-
 traxisse statetur, ad poenam vsatici vitadam,
 vtq. parentum aut consanguineorum vltio-
 nem, qui eos in crimine inuenissent aufuge-
 rent, quemadmodum in scholastico depre-
 henso cum virgine Meno. supra scribit acci-
 dere posse: que communis est sine dubio, ho-
 die nisi solemnij adhibitis nihil prodest
 asseritio.
 39 Tertio infertur & secunda & insignior ad
 idem vsaticum declaratio: vt cum dixit stru-
 pantem vxorem ducere teneri si illa & pare-
 tes vellint, idem hoc iure nouissimo censu-
 dum fore aduersus vsatici dispositione, quo-
 ties virgo vellet, & si parentes noluerint. Na
 etsi olim dubitaretur apud aliquos an legiti-
 mum foret de iure canonico matrimoniu
 de qua quest. supra comparatio. 1. Hodie de
 cifum extat posse contrahere filios sine con-
 sensu parentum atq. contrarium asserentes
 haretici censerentur d. c. 1. de refor. matri-
 hincq. iura omnia siue communia aut muni-
 cipalia correcte esse, quemadmodum etiam
 de iure antiquo non adhuc extante disposi-
 tione sacri Concilij multorum autoritate
 scribit Decia. tract. crimi. lib. 3. ca. 13. n. 48.
 dixi lib. 2. differen. 7.
 40 Quarto & infertur resolutio ad eam que-
 stionem quam idem Peguer. decidit d. decisio.
 42. an raptor contrahens matrimonium cu
 raptā sit omnino liberandus. Crediderunt
 enim multi absoluendum, quales hi quos Pe-
 guer. refert. Calde. in cap. final. ex. de rapto.
 Augusti. de Armi. ad Angel. verbo, cheme ay
 adul-

adulterato, vers. an autem per subsequens
 Pau. de Cast. in l. raptores C. de Episcop. &
 cleri. Et praeter eum Meno. d. presump. 1. n.
 101. Marfil. d. conf. 63. & Cepol. conf. 57.
 Carrer. se subseribit in d. §. circa tertium nu.
 15. Baiar. ad Clar. in §. rapt. n. 36. licet obli-
 ter nullum memorans. Bossi. in praec. crimi.
 titu. de raptoribus mulier. n. 17. & refert ita
 omnes tenere Tiberius Decia. d. cap. 13. nu.
 48. ad finem Gomez in l. Taur. l. 86. nu. 7. cu
 sequen. que opinio sine dubio est communis
 Cance. qui nonnullos lib. 3. ca. 11. n. 19. & 20.
 41 Contrariam & sententiam non vitare rap-
 torem propter matrimonij contractum poe-
 nam mortis a iure statuta tenuit prior And.
 Anti. Neapolitanarum Constitutionum glo-
 sator in costi. capitale, qui suo consilio His-
 paniarum olim Regem, raptorem qui raptā
 duxerat ad mortem condemnasse refert,
 sequitur Mathe. de Afflic. in conslit. si quis
 rapere quaest. 6. ambos refert Carre. supra
 num. 14. Afflic. super conslit. par. 1. sub r. 9.
 num. 15.
 42 Alij & tertiam tenuerunt sententiam rap-
 torē poenas mortis vitare, & sic fore mitius
 puniendum, quoties raptam vxorem duxit
 sponte in facie Ecclesie vt precessit Pau. de
 Cast. in d. l. raptores. Et Pegue. d. decisio. 44.
 in fine addit illic ille, quoties de voluntate
 parentum etiam matrimonium contrahere-
 tur: qui tamen non recte opinatur, cum nec
 esset id olim iuxta receptiorem sententia:
 & vt dixi supra nouo Tridentini Concilij
 iure parentum consensu necessarius non sit
 eandem sententiam sequutus fuit Thesau. de-
 cisio. Pedemon. 217. nu. 6. vt scilicet mitiori
 raptor poena plectatur contrahens matrimo-
 nium.
 43 Quartam & alij sententia assumentes cre-
 dunt, non esse liberandum raptorem etiam
 de iure canonico, nisi raptor prius despon-
 disse raptam atq. vt perficeretur matrimo-
 nium voluntate mulieris rapuisse, etsi enim
 de iure civili sponsam etiam & raptens mor-
 tis poena teneatur l. 1. §. quibus connumerat-
 mus C. de Epif. & cleri. Decian. d. ca. 13. n.
 8. Iure tamen & canonico requiritur quod
 raptam prius desposisset, & illius voluntate
 raptus fuerit admittus, quemadmodum Panor.
 & Anna. docent in d. c. penul. de rapto. ita il-
 lum tex. intelligentes, Barbati. conf. 71. lib.
 2. cu alijs multis adductis per Tiber. Decia.
 supra nu. 47. post princi.
 46 Quintimo & alij in quintam digredientur
 opinionem & existimant, tria fore necessa-
 ria vt raptor iure canonico liberetur, des-
 ponfatio praecedens, raptus sequutus volu-
 te mulieris, Tertium matrimoniu sequens,
 ita intelligentes tex. in d. ca. penulti. Et non

male animaduertunt Bossi. & Tiber. supra
 non vim facere tex. illum in matrimonio se-
 quenti, sed ideo de eo verba facit, quia nisi
 illud fieret a monasterio abduci non posset.
 47 Atq. & in hoc ius civile a canonico differt,
 quod civili, etiam desponsatā raptens mor-
 te multatur, canonico secus dum volens rap-
 piatur, & iniuria raptus tantum parentibus,
 & consanguineis inferatur declarat Cornē.
 conf. 86. lib. 2. Cepol. d. conf. crimi. 57. Bab.
 de. 8. Bla. tracta. discordan. cap. 140. & 141.
 Primam tenentes opinionem sequuto matri-
 monio libere raptorem esse absoluendum
 eam d. ca. penul. de raptor. probant. cui mo-
 do responsum, duo aut tria requiri vt dispo-
 sitioni illius tex. locus sit.
 48 Secundam & tenentes opinionem non ideo
 liberari, eam hac tutatur ratione: quod poe-
 na mortis iure civili imposita, non fuerit iu-
 re canonico expressim sublata, neque id de-
 buit Roma. Pontif. statuere aut iuri Caesareo
 derogare: potest enim vnum & aliud exequi
 contrahi matrimonium, & deinde occidi rap-
 tor: seruabitur itaq. ius canonicum in foro
 suo aut terris illi subiectis, ius civile in foro
 seculari sic Gomez, Andri. Afflic. & Peguer.
 supra.
 49 Quartam sequentes opinionem, eam d. ca. p.
 penul. probat, quod eorum expressim senten-
 tiam inuat. Ego & vero de iure veriorē And.
 & Afflic. sententiam existimo. primo quia
 raptus crimen est publicum, & non priuatum,
 ob id voluntas raptae, & parentum nihil po-
 test, quemadmodum in terminis statuit Im-
 perator in d. l. vni. Et raptus & crimen publi-
 cum fore, & cuiuslibet de populo & ius accusan-
 di competere nullus negat, cum comprehen-
 datur sub l. Julia. de vi. publi. l. 3. ff. de vi. pu-
 bli. & quoniam accusatoribus antiquitus pre-
 mia fuisse constituta Tiber. Decia. docet in
 8. tra. crimi. cap. 9. a n. 1. & publicum dixit
 Trullah. decisio. 25. lib. 2. nu. 18.
 50 Secundo quia aliter daretur & occasio de-
 linquendi, & raptus indies patrandi qui fa-
 cile considerent corruptis mulieribus non
 alios quam raptetes maritos posse reperiri,
 precibusq. impetraturos quod antea no po-
 tuissent: Tertio quia & in delictis tepus quo
 51 stitute admittit, & ita origo consideratur &
 sius tunc fisco adquiritur l. 1. vbi Bart. & po-
 sterior. ff. de pen. l. doli. §. f. de fer. cor-
 rup. l. si quis decurio ad finem ff. ad l. cornel.
 de sua. l. iniuriarum existimatio ff. de iniuri.
 52 & hinc inferant & omnes laicum patrantem
 delictum ob quod veniret morte condēn-
 nandus, si in fraudem clericatum vel religio-
 nem suscipiat vt liberetur a poena, quamquā
 nequeat poena mortis puniri propter clericat-
 um (etsi multi contrarium dixerint) poterit
 tamen

tamen in bonis & alijs pœnis Flami. Carta. in tract. de exeq. sent. cap. banni. capia. fina. nu. 308. Plac. in epito. delut. ca. 35. lib. 1. a. n. 1. Dida. in pract. qq. ca. 32. n. 4. Viui. in com. ver. clericus. latissimè Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 36. n. 43. vbi & Baiar. ad eum. n. 41. 42. cum sequen. distuse multis relatis Farin. q. 8. nu. 104. to. 1. Quarto ¶ quia vbi solius molieris raptæ, & non parentum voluntate matrimonium contraheretur, iniuria parentibus, & consanguineis illata nec expresse, nec tacite videtur remissa. Quibus ¶ tamen non obstantibus consulerem amplectendam in practica eorum sententiã qui tenere raptorem contracto matrimonio mitiori pœna & non mortis puniendum, vt nec mortem incurrat, nec etiam ob tanti sceleris factum in totum liberetur. Nam si contracto matrimonio moriturus foret ad quid iura canonica matrimonij contractum permisissent, frustra expectaretur euectus cuius effectus nihil possit operari. I. aliquando §. fina. ad S. Concil. Velle. I. cum hæres §. 1. de acqui. hæredit. & panci raptas vxores ducerent, dum se morituros spectarent, & consequenter matrimonij libertas quodammodo impediretur.

58 Quinto infertur ¶ vera & singularis declaratio eiusdem vsatici, nam cum alternatiue loquatur. *Siquis (ait) virginem violenten corruperit, aut ducat eam in uxorem, si illa & parentes eius voluerint, & dederint, &c. aut donet illi maritum &c.* Et quoties ¶ per legem vel statutum pœna alternatiue imponitur delinquenti, dubitari solet an illius electio ad iudicem vel delinquentem pertineat, in qua dubitatione plerosq. interpretes nostri solent casus distinguere. Panorm. Imol. Anto. Felin. Deci. Rip. in ca. inter ceteros de respect. post glo. in ca. fraternitatis 34. distinct. Alcia. respon. 106. Syluan. cõf. 102. Iul. Clar. in pract. crimi. §. fin. quæstio. 85. nu. 6. Meno. de arbitra. iudi. qq. lib. 1. q. 94. a. nu. 1. In casu ¶ tamen nostri vsatici cum pœna corruptentem respiciat, atq. ad eum verba fuerint directa, in illi⁹ erit electio vel eam in vxorem ducere, vel competeter dotare. glo. insignis in l. quicunq. vbi & Bart. & ceteri docent C. de ser. fugi. idè Bart. in l. 1. de cõdu. ex l. glo. in l. si soror C. de collatio. Felin. in d. ca. inter ceteras nu. 7. vbi Deci. nu. 10. in princi. qui extendit hanc sententiã, vt & ea in dubio procedat. Rip. in d. ca. nu. 65. Clar. supra nu. 6. vers. Tertius casus. Meno. d. q. n. 4. vers. Secundus est casus. Nihilomin⁹ ¶ mihi verius esse videtur in hac specie non esse in corruptetis facultate eligere, sed compellendum precise eam in vxore ducere, quoties enim ex verisimili mente statuentis colligitur ¶ pœnam priori loco relatam, fore

per Iudicem imponendam, eo in casu facultas eligendi sublata reo censetur, sic censet Imol. in d. ca. inter ceteras. quem secutus fuit Deci. ibi. nu. 10. vers. Tertio limit. argu. tex. in ca. mandatum in fine de præben. in 6. glo. in ca. ex metropolitano verbo ex presbiteris 63. distinctio, & in l. cum pater §. a te peto de leg. 2. cum alijs ibi per eundem Deci. cõgestis sequitur Meno. d. q. 94. n. 8. Cance. lib. 3. suarum resolu. cap. 11. nu. 19. mentem autem statuentis conijcio: ex eisdem vsatici verbis. *Aut ducat eam in uxorem, si ipsa & parentes eius voluerint* volentibus igitur ipsis adimitur electio corruptenti: sic ¶ enim de iure canonico, fuit statutum in ca. 1. & 2. de adulter. quod in dubio in hoc Regno vbi lex deficit sequendum est vt supra dixi comparatione 2. tenetur enim ¶ iure canonico copulatiue vxorem ducere & dotare volente corrupta & parētibus d. c. 1. & 2. vbi Panor. & ceteri Neuis. in Sylua. nup. lib. 3. num. 21. Diaz. de Luco vbi Salzed. ad eum in pract. cano. ca. 77. a. nu. 1. Bermon. tract. de publici concubi. Rubr. de stupr. a. nu. 4. Plot. in tract. de in litem iuran. nu. 646. Egregie Cacher. decisio. Pedemon. 107. num. 9. illico post eo non relato Thesau. qui quosdam distinguit casus decisio. Pedemon. 3. a. nu. 1. cū sequen. Iuli. Clar. in pract. crimi. §. stuprum num. 3. Tiberi. Decia. lib. 8. tract. crimina. ca. 14. n. 3. & 4. Dida. in epito. ad 4. par. 2. ca. 6. Vaz. qui. lib. 1. contro. vsufre. ca. 6. nu. 23. Gutier. in canoni quæstio. lib. 1. cap. 37. a. nu. 1. Azpilcue. in Manua. cap. 16. nu. 16. Menoch. de arbitr. iudi. qq. casu 288. Trinita. decisio. 59. n. 9. lib. 2. Ludo. Pegue. decis. 42. nu. 3. Lero. Gabri. conf. 173. nu. 15. vbi scripsit matrimonium sequens, corruptenti pœnas auferre, non tamen dotandi onus. & in simili Beroi. q. 84. n. 4. docet statuta quæ alias & diuersas opponunt pœnas stuprationibus, nõ auferre dispositionem c. 1. & 2. ex. de adulter. quem in alio etiam casu sequitur Baiar. ad Clar. in §. stuprum nu. 19. Conuenit itaq. cum iure canonico vsaticum nostrum, & si stuprum vi fuerit admissum: vnde cum verba sint clara & aperta in voluntatemq. corruptæ, & parentum collata scilicet si voluerint, eo ipso quod vellint, recedere ab eorum voluntate nequit corruptens, & purificata cõditio est l. si ita §. 1. deleg. 1. l. si ita expressum de cõditio. & demonstra.

65 Quinimo ¶ dixit singulariter Mathe. de Afflict. in constit. capitalem n. 7. apud Neapolita. constit. etiam eo casu quo rapta vbi stuprata reperiret maritum cõequalem, & raptor dotem daret competentem nollens eam in vxorem ducere, teneretur omnino, nec valeret statutum aut consuetudo disponens

66 nens contrarium tanquam nutritiuã peccati, quæ delinquendi occasionem tribuerent. Afflictum sequitur Tiber. Decia. lib. 8. tracta. crimina. cap. 14. num. 3. Quod ipse intelligit num. 4. nisi rapta, & parentes id vellent & consentirent. Intelligo ¶ etiam dum stuprans aut raptor esset æqualis status, cū alias nobilis cū ignobili, & honeste conditionis vir cum infami & impudica muliere matrimonium contrahere his casibus non teneatur, quemadmodum omnes explicant supra & in specie Gramma. decisio 167. Mascari. tracta. de proba. conclu. 1248. tom. 3.

67 Vt autem a diuerticulo recedamus, constat matrimonia præsumpta sublata fuisse omnino. ¶ Consequens est, filios ex matrimonio præsumpto natos fore in omnibus illegitimos, & natos ante præsumptum matrimonium eo sequo non legitimari in vim capitis tanta est. ex. qui filij sint. legi. neq. succedere posse suis parentibus. Quia cum matrimonia aliter quam in facie Ecclesiæ celebrata omiã forma sacri Concilij. sint nulla & clandestina, consequens est filios illegitimos esse & non succedere respondet Meno. conf. 199. num. 57. lib. 2. vbi doctè toto illo Concilio de matrimonio diserit clandestino. idem d. præsump. 1. num. 100. Cæphal. conf. 82. lib. 1. num. 28. & conf. 276. lib. 2. nu. 17. Beret. conf. 102. num. 11. Et si enim vt ille ait ante Concilij Tridentini dispositionem matrimonia præsumpta sustinerentur, & filij nati legitimi censebantur, vt constat ex his quos supra recensui in prin. huius capituli; & præter eos expressim in filios sequentes (nisi aliud oblatet impedimentum) Capra. conf. 116. num. 7. Bertan. conf. 210. nu. 12. lib. 1. Paris. late conf. 57. num. 26. & seq. lib. 4. Duch. regul. 150. nu. 2. Paleo. in tracta. de nõth. & spu. cap. 9. num. 5. Cæpha. conf. 335. num. 92. 93. lib. 3. Deci. conf. 153. num. 2. Paris. conf. 13. num. 21. 22. lib. 1. Alciat. tracta. de præsump. regu. 2. præsump. 5. Curt. iuni. conf. 52. comprobatur alios adferens Crauet. conf. 591. num. 48. lib. 6. decisio Rotæ Romanæ. 470. 1. par. in nouissi. Meno. conf. 521. num. 6. & antea num. 4. lib. 6. Sfor. Odd. conf. 83. a. nu. 10. hodie ¶ tamen secus, cum omnia matrimonia præter ea, quæ iuxta d. Concilij Tridenti. ritum contrahuntur, verius adulteria, stupra, & contubernia, aut fornicationes dicantur. vt in simili dixit tex. in cap. 2. 30. quest. 5. Socin. iuni. conf. 31. nu. 46. lib. 2. Gabriel. lib. 6. commu. conclu. rub. de legitima. con. 1. num. 66. Cæpha. conf. 276. num. 15. lib. 2. & conf. 82. num. 24. & 26. lib. 1. Bero. qui supra scripta scribit verba quælt. 107. ad finem. Neq. reticendum est ad interpretationem dicti cap. is, qui si-

dem de sponsa. solius copulæ carnalis probationem non solum sufficere ad matrimonium præsumptum probandum, cum potuerit contingere ante sponsalia vt docuit Panor. in cap. veniens in 2. de sponsa. Crot. tracta. de testi. 7. part. nu. 288. & qui alios Alexand. Rauden. tractat. de Analog. cap. 30. num. 138.

69 Cæterum vt redeamus ad consilium Meno. 199. quo in consilio diserte vt dixi respondit filios ex matrimonio præsumpto genitos succedere non posse suis parentibus, consequenter quod licet non agatur de validitate matrimonij, sed tantum de legitimatione filiorum; nisi cõter parentes in forma Concilij contraxisse admitti ad hæreditatē exclusis ijs, qui ab intestato succedunt non possint, suspecta traditio ¶ est, cum non debeat filijs mala fides parentum nocere, qui vt veri & legitimi habiti sint cap. ex tenore ex. qui fil. sint legit. & cap. 2. eo. ritu. vnde in contrariam sententiã alij abierunt, & notissimè multis argumentis reprobatur Meno. consilio 199. Peregrin. conf. 91. lib. 2. per totum vbi erudite, & tandem in fine sic iussit iudicatum per Rotam Roma. vt per Cantu. decisio. 34. num. 18. & 19. vbi etiam refert, sic alias in eadem specie tentum fuisse per Rotam Roma. sic & id ipsum Grassl. ¶ decisio 347. a. nu. 1. Et iterum conf. sequen. 92. & in eadem specie id ipsum respondit idem Peregrin. num. 16. & 17. vbi refert cõgregationem S. C. Triden. declarasse Concilium Tridentinum nihil noui iuris statuisse circa filiorum legitimitatem, vbi etiam refert Monal. idem respondisse, verum contrarium iudicasse Bruno a sole & causam indecisam pendere in Rota Roma. Mihi placet Peregrin. opinio, quoniam cum simus in materia correctoria, quia de iure veteri mala fides parentum filijs quoad legitimitatem nocere non possit d. cap. ex tenore & d. cap. 2. vbi omnes, vbi daremus filios veluti illegitimos succedere non possent, necessario sequeretur Concilium iuris veteris dispositionem in hoc etiam sustulisse; cum tamen consiliu nec verbum quidem de legitimitate filiorum maxime cum agatur de tanto præiudicio filiorum, quam rationem considerauit inter alias multas Peregrin. d. loco, a cuius sententiã recedendum non est maxime cum non semel fuerit id iudicatum per Rotam Romanam.

S V M M A R I V M.

1 Annulus in signum consensus olim dari solitus fuit a contrahentibus.

2 Annulus dari solitus fuit in signu cõsensu, ne dum apud Romanos sed & apud Hebræos.

Annulum

- 3 Annuleum dari solitum in nuptijs fluxisse ab antiquo usu.
- 4 Annulus sponsi non ornatus causa dabatur.
- 5 Annulus mulieres Christianas deferre solitas in primitiua Ecclesia.
- 6 Annuli mulieru antiquitus crucis signo Christi nomine, & fidei signo sculpti.
- 7 Annulus pronubus quis.
- 8 Annuli delatio apud Isidoru, & illius verba.
- 9 Annulus quare quarto inferitur digito.
- 10 Annulus apud Romanos quarto digito deferri solitus.
- 11 Annulus ab sponso sponsae dari solitus in signum sponsaliorum.
- 12 Arra sponsalitia, quae.
- 13 Arras sponsae datas amittebat sponsus nolens contrahere.
- 14 Arra in contractibus signum pleni consensus.
- 15 Annuli traditio signum sponsionis est & sequenti matrimonij.
- 16 Annuli traditio signum equiuocum iuxta Panormi sententiam.
- 17 Annuli traditio an proferat iure nouo Concilij Trident.
- 18 Annuli traditio sola sponsalia non inducit.
- 19 Annuli traditio, probatio ambigua est.
- 20 Annuli traditio sponsalia non probat, ubi imparis sunt conditionis vir, & mulier.
- 21 Annuli traditio sola iudicium non facit, & dicitur probatio equiuoca.
- 22 Annuli traditio regulatur secundum verba expressa.
- 23 Annuli traditio signu perfecti contractus, ubi lex vel statutum id statuit.
- 24 Panormitani distinctio de annuli traditione.
- 25 Annuli traditio dum praecedat tractatus, sponsalia designat.
- 26 Annuli traditio in his personis quae legitima carent atate sponsalia non designat.
- 27 Matrimonium ab impuberibus contractum, valet et sponsalia de futuro.
- 28 Consensus effectum non suplent verba, signa, vel Arra.
- 29 Matrimonium inter duos impuberes, vel puberem, & impuberem non tenet nisi in vim sponsaliorum.
- 30 Matrimonium inter duos impuberes valet et sponsalia, & cogi potest unus ab alio ut contrahat.
- 31 Sponsalia de futuro, obligant hodie sicut antiquitus.
- 32 Annuli traditio precedentibus aliquibus verbis, & presentibus consanguineis, praesumptionem inducit sponsaliorum.
- 33 Virgines facilius annuunt quam loquantur.
- 34 Annuli traditio ex se ipsa matrimonium non inducit aduersus Mascardam.
- 35 Annulus ubi datur in contractu matrimonij, matrimonium inducit.

- 36 Annuli traditio ex se ipsa nullis expressis verbis, nec sponsalia, nec matrimonium inducit.
- 37 Annulus a patre mulieri datus absente filio nec consentiente matrimonium non efficit.
- 38 Annuli traditio a parentibus facta praesentiam filiorum desiderat.
- 39 Filius contrahens presente patre, & tacente, de voluntate ipsius contrahere matrimonium censetur.
- 40 Annulus a viro mulieri traditus, non inducit matrimonium etiamsi immixtus fuerit a viro in digito mulieris, aduersus Menoc.
- 41 Annuli traditio desiderat verba vel signa apta ad matrimonium contrahendum.
- 42 Annuli delatio sola non inducit matrimonium, nisi simul adsit immixtio.
- 43 Annuli immixtio facta post sponsalia de futuro, non efficit matrimonium.
- 44 Contrahentes se illico corrigere voluisse non presumitur.
- 45 Annuli gestatio non facit presumere matrimonium, nisi constet a quo datus sit.
- 46 Annuli delatio concurrentibus coniecturis matrimonium presumere facit.
- 47 Verba apta simul cum annuli traditione matrimonium facere presumunt.
- 48 Annulus traditus coram sacerdote ad fores Ecclesiae in conspectu omnium, matrimonij praesumptionem inducit.
- 49 Annulus traditus in apparatu matrimonij, & si verba essent dubia, matrimonij praesumptionem inducit.
- 50 Annuli immixtio non requiritur, cum alia adsint signa, vel coniecturae matrimonij.
- 51 Opinio auctoris qualis circa annuli traditionem & verba dubia.
- 52 Annuli traditionem matrimonij efficere quando iudicandum.
- 53 Annuli traditio attento iure nouo Concilij Tridentino quando faciat matrimonium.
- 54 Annuli, vel arrarum traditio qualiter probabitur.

COMPARATIO. XI.

ANNULI TRADITIO ANTIQUITUS PERFECTUM CONTRAHENTIUM CONSENSUM DESIGNABAT, NUM ID IPSUM IN MATRIMONIJ CONTRACTU OLIM, & HODIE EX SACRO TRIDENTINO CONCILIO, NON INIUCUNDE TRACTATUM.



PLINIVS lib. 33. Natu. & histo. cap. 1. scriptum reliquit nedu in nuptijs contrahendis, sed & in qualibet pactone, & contractu, loco arrae annulam tradi solitum: is ita celebrior annuli vsus cu senore cepisse

- cepisse debet: argumento est consuetudo vulgi, tracta ab eo tempore quo nondum erat arrha velocior: vt plane affirmare possumus, nummos apud nos, mox cepisse annulos: haec ille. Vlpianus autem lib. 28. ad edictum idem probat in l. cuicunq. §. penul. ff. de instito. actio. in vers. Item si institor. Item si institor (ait) cum oleum vendidisset, annulum arra nomine receperit neq. eum reddat dominu institoria teneri.
- 2 Nec apud Romanos solum id factu, sed apud Hebreos prius in veteri testamento constat, dari scilicet annulum consueuisse in arrham ipsam. Nam Genesi. cap. 38. haec dixit Thamar: patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris. Ait Iudas: quid vis pro arrhabone dari? Respondit: Annulum tuum, Ex huiusmodi igitur vsu fluxisse videtur, vt cum sponderentur nuptiae, sponsum loco arrae, sponsa annulum daret, vt Plini. d. cap. 1. tellatur: is & suo tempore tum & ab antiquis etiam obseruatum tradit, vt cum matrimoniu celebraretur sponsus ad sponsam annulum mitteret ferreum, & sine gemma secundum morem pristinum, cum ob auri inopiam (vt ille ait) Romani annulum gestarent ferreum.
 - 4 Quod vero non ornatus gratia annulus femel sponsae datus gestaretur, Clemens Alexandrinus affirmat, sed vt ob signaret eodem, quae domi clausa forent cum custodiam reru domesticaru ad vxores spectare Xenophon. in Oeconomico ostendat: ob signariq. solitas archas penurias, ne a seruis surriperentur, idem Plini. scribit d. cap. dum ait, Quae fuit illa priscorum vita, qualis innocentia, in qua nihil signabatur: at nunc cibi quoq. & potus annulo vindicantur a rapina: hoc proferunt maecipioru legiones, et in domo turba externa.
 - 5 Hinc illud olim propagata & Christiana religione solitu quoq. inter Christi fideles, mulieres annulos deferre aureos, qui a viris darentur auctor est Clemens Alexandrinus Poeda. lib. 3. cap. 11. Qui inibi & quibus signis sculpterentur ostendit. Sed & apud eodem Christianos olim non tantum crucis signo, & Christi nomine sculpti erant annuli, verum & fidei signo, quod est hieroglyphicu mutui fœderis atq. concordie: commune id erat cum Barbaris, Gentilibus, Iudeis, & nationibus fere omnibus. coniunctio erat manuum simul, quibus perfecta animorum consensio veluti simbolo quodam significabatur. Tertulianus & autē lib. de cultu femina. annulum hunc pronubum vocat his verbis: Auru nulla norat praeter vno digito quem sponsus oppignerasset pronubo annulo.
 - 8 D. Isidorus §. li. 20. Ethimologia. Famine ait, non esse sunt annulis, nisi quos virgini sponsae

- sus miserat: neq. amplius quam binos aureos indigitis habere solebant. Et lib. 2. Diui. offic. cap. 15. Quod in primis ait nuptijs annulus ab sponso sponsae daretur, fit nimirum vel propter mutuae dilectionis signum vel propter id magis vt eodem pignore eorum corda iungantur.
- 9 Vnde & quarto annulus digito inferitur: ideo quia in eo vena quaedam vt fertur sanguinis ad cor vsq. perueniat. Eandem rationem Anulus Gelli. li. 10. Noc. Artica. cap. 10. Et Macro. lib. 8. cap. 13. adferunt, & ex Appione, & Ateio Capitone reddunt, & cur apud Romanos communi assensu receptum foret annulu in digito, qui minimo vicinior est, quem & medicinalem vocant, atq. adeo manu praecipue sinistra gestare, Nicolaus itidem Pontifex apud Gratianum his consentit. ca. nostrates ca. feminae vers. ite dicitur vbi glo. & Archidiacon. 30. quaest. 5.
 - 11 In argumentum & itaq. contractoru sponsaliorum ab sponso sponsae arra dabatur, quemadmodum ex l. si quis officium ff. de ritu nup. constat l. arrhis l. fina. C. de sponsa. & si in his locis de annullis leges non loquantur, ex libro tamen 2. sententiar. Iulij Paul. id constat atq. veteribus illis etiam histographis, & pontificibus factis, qui millies de annuli subarrhatione loquuntur. Et post haec scripta Sanch. de matri. lib. 1. disputa. 35. a. nu. 1. cu sequen. multa de arris.
 - 12 Quemadmodum & igitur & praeter annulum aliquid aliud in signum contractus solitum erat dari, quae arrhae sponsalitia dicebantur, quasi coemptionis future praerogatiua date. in rub. C. de sponsa. & arrhis sponsali. Quae tum restituebantur cum sine culpa eius qui eas dedisset nuptiae impediabantur: is enim & qui dederat si nollet matrimonium contrahere amittebat, quae coeperat duplum, atq. ideo si tantum in stipulationem deductum esset, quadruplum reddere cogebatur. Panor. Preposi. & alij in ca. gemma de sponsa. Bart. Cas. Ias. Aretin. & alij in l. titia. de verbo. obliga. Dida. in epito. de sponsa. 2. p. cap. 3. §. 7. nu. 6. Matien. diffuse in glos. 2. tit. 2. li. 5. ordina. cu glo. sequen. Et & sicut arrha in emptionibus & contractibus finiti consensus argumentu est in princi. instit. de empti. & vedi. l. exepo §. is qui vina de actio. emp. l. 2. C. quan. lice. ab emp. disce. l. contractus C. de fide instrum. Sic & in matrimonijs il. ca. femine, & ca. nostrates c. tenor in verbo, subarrhat de re iudi. ca. si quis vxorem 17. q. 2. glo. in cap. fina. de sponsa. glo. in ca. illud de presump. glo. in cap. gemma de sponsa. Bart. & omnes post in l. titia. ff. de verbo. obliga. Hinc fere omnes affirmant annuli traditionem, immixtionem ve, signum esse sponsionis praecedentis, & sequenti matrimonij glo. in

in ca. fina. de sponsa. impuber. & in d. cap. tenor in verbo subarrhat de re iudi. d. ca. nostrates, & ca. foemina vbi Archidi. Panorm. in rubr. de sponsal. nu. 11. Felin. in ca. illud nu. fina. de presump. Barba. conf. 6. lib. 1. Deci. in conf. 163. nu. 2. Aretin. conf. 13. n. 4. Cœpol. conf. 4. nu. 1. conf. 5. num. 15. in consili. ciuili. Boer. conf. 4. nu. 29. Dida. in epito. ad 4. 2. par. cap. 4. num. 3. Lapp. pulchre allega. 56. a n. 1. Petrus Albigna. inter conf. matrimonia. conf. 67. nu. 8. Merend. inter eadem ipsa cõcilia consil. 86. nu. 32. Augusti. Berou. quæst. 6. a nu. 1. Paris. conf. 60. nu. 48. lib. 4. Meno. tracta. de presump. lib. 3. præsump. 2. a nu. 1. Mascard. tracta. de proba. to. 2. cõclu. 1020. a n. 1. Roma. conf. 146. Malaues. in conf. 10. nu. 42. 43. licet ad aliud institutum. Caphal. conf. 435. nu. 62. lib. 3. Gramma. conf. crimi. 26. nu. 14. Costari. tract. de sponsa. ca. 4. nu. 4. 5. Carre. tracta. de sponsa. cap. 14. Graphi. 2. parte decisio lib. 1. cap. 12. nu. 49.

16 Quamquam Panor. 7. in d. cap. fina. in fin. de despon. impu. dixerit annuli vel munerũ traditionem, quæ a viris, mulieribus mittuntur, signa fore equiuoca, cū esse possit quod vltra sponsalia non in alijs progressi fuerint ad matrimonij perfectionem, & esse etiam possit, vt nec sponsalia indicent, que alio animo mittantur sepe, & non despondēdi, quem refert Meno. hi in d. presump. 2. nu. 1. & id idem dixit Lap. in d. allegatione 56. nu. 5. & Alex. Rauden. in tract. de Analog. cap. 30. n. 301. tamen frequentius sponsalia, & aliquando matrimonium significant vt si tractatus, loci consuetudo & aliæ coniecturæ ostendūt, vt modo dicemus, separatim agēdo de sponsalibus, demum de matrimonio.

17 Vtilitas 7 huius quæst. hodie maxima est inspecto iure nouissimo sacri Tridenti. Cõcil. nam si annuli traditio matrimonium probat, id erit matrimonium præsumptũ, & non verum, consequenter nullum, cum deficiat forma à sacro Concilio statuta. si sponsalia, cum sacrum illud decretum cap. 1. de refor. matri. nisi in matrimonio vindicet, & nõ in sponsalibus iuxta veram, & receptam sententiam de qua supra, cogi poterit is qui tradidit ad complendum matrimonium in facie Ecclesie seruata dicta forma. quod etsi Neoterici duo Meno. & Mascard. prætulerint, cõfufe tamen Mascard. conclusionem & regulã quæ regula non est, constituit, annuli traditio nem matrimonium designare, cum regulariter id verum non sit: Meno. quosdam imperfecte cõsiderat casus, vt igitur dilucido quid omnes scripserint percipias, regulam hanc in sponsalibus obserua.

18 Sola 7 annuli traditione sponsalia in dubio non presumi: vt enim in cæteris contra-

ctibus arrha datur post tractatum, & verba præcedētia l. cuicumq. §. penul. ff. de instito. qui expressim in annuli traditione loco arrhæ loquitur, & in principio instit. de emp. & vendi. d. lex empto §. is qui vina de actio. emp. cum alijs supra adductis: sic in sponsalibus nisi verba præcesserint, & seu tractatus aliquis annuli immissio non efficiet sponsalia presumi l. arrhis C. de sponsa. Arrhis inquit, sponsaliorum nomine datis cap. fina. in verbis *subarrhauit eandem consensu mutuo accedente ex. de desponsa. impube. c. nostrates ibi, & postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitam despondent, & cap. foemine 30. q. 5. in hoc enim annulus dari debet, sed & recepti eodem animo sponsaliorũ scilicet nomine argu. l. obligationum substantia ff. de actio. & obliga. c. illud is q. 1. c. nequis 22. q. 2. sic recte scripsit Costan. in d. tract. de sponsa. post Henricum & Imol. à se relatos in d. cap. 5. nu. 7. cum 7 enim vt dictũ est probatio hæc ambigua sit, & annuli mulieribus non sponsaliorum tantum nomine dari soleant, sed impudico sepius affectu, & animo eas subuertendi, nisi annuli immissio vel traditio verbis præcedentibus aut signis exterioribus quæ animũ indicent detegatur, sponsalia non presumuntur: 7 maxime vbi imparis forent status, & seu aliæ coniecturæ adsint, quibus contrariũ possit facile credi: sic etiam scripsit Panorm. in c. illud nu. 4. de presump. & in c. fina. n. 7. de desponsa. impube. Parisi. conf. 60. nu. 47. Galea. Maluc. inter consilia matrimonialia conf. 83. nu. 23. quem refert & sequitur Mascard. d. conclu. 1020. nu. 2. ad medium, & nu. 3. & 4. adiungens multas foeminas non conuigas annulos asserre. qui & ibi recte animaduertit, 7 annuli traditionem per se solã indicium non facere alicuius contractus, sed ex his quæ præcedunt dignosci, quod & dixerat antea Lapp. alleg. 56. n. 4. & dixit Menoch. d. presump. 2. nu. 3. annuli 7 traditionem regulari secundum verba expressa, & consensum præcedentem. pulchre referens Panor. distinctionem Mendo. ad Lapp. allega. 56. littera F. sed & equiuoca probatio dicitur nisi aliter demonstretur Alex. Raud. supra, & post hæc scripta Sanch. tract. de matrimo. lib. 1. disput. 22. a nu. 1. 2. & sequen.*

In hunc igitur modum declarandi sunt interpretes, qui scripsere annuli subarrhatione sponsalia contrahi. Et quoties annulus expressim datus est, vt eo sponsalia contraherentur res clarissima est, secundum Hostien. in sum. tit. de sponsa. §. quot sunt species, cū alijs traditis per Meno. d. presump. 2. nu. 2. & Carre. tract. de sponsa. lib. 1. cap. 14. & in pulchro casu declarat Bero. q. 6. un. 5.

Declarat

23 Declara primo regulam vt non 7 vindicet quoties lex vel statutum loci, aut patriæ consuetudo doceret, annuli traditione sponsalia contrahi, tunc enim solius annuli traditio sponsalia induceret. Panormita. in d. cap. illud de presump. Anton. de Butr. in cap. fina. numer. 8. de sponsa. Zabarel. in cap. si inter quæst. 2. ex. de sponsa. vbi testatur de consuetudine Paduæ, & in cap. fina. quæst. 1. de despons. impube. Aretin. consil. 13. numer. 4. Parisi. consil. 55. lib. 4. Dida. in epito. ad 4. 2. par. cap. 4. num. 3. ad finem. Mascard. dict. conclus. 1020. in finalibus verbis Cæpol. consil. 1. num. 14. Menoch. dict. presump. 2. num. 5. Costan. dict. cap. 5. num. 9. Lapp. dict. allega. 56. numer. 5. & numer. 14. vbi ad eum Quintili. Mendosi. sub littera F. ver. de consuetudine Sanch. supra. numer. 2. alios citans. Refert enim 7 insignem Panormit. distinctionem in cap. illud numero duodecimo de presump. tio. Aliquando (ait) in quibusdam locis annulus datur tempore sponsaliorum & tunc tantum sponsalia significat, aliquando datur tempore matrimonij, & tunc matrimonium: aliquando nulla est consuetudo certa cum varie obseruetur, & tunc nec matrimonium nec sponsalia probantur, aut nulla est omnino consuetudo, & tunc aut fuit annulus datus simpliciter mulieri, & donatio presumitur, vel vir posuit annulum indigito mulieris, & tunc presumitur matrimonium: Addit Mendo. supple tu præcedente tractatu vel verbis iuxta distinctionem Lapp. hic & Felin. in dict. cap. illud numer. 12. de presump. subiungit ibi de Romæ consuetudine, & totius Italia.

24 Aliquando (ait) in quibusdam locis annulus datur tempore sponsaliorum & tunc tantum sponsalia significat, aliquando datur tempore matrimonij, & tunc matrimonium: aliquando nulla est consuetudo certa cum varie obseruetur, & tunc nec matrimonium nec sponsalia probantur, aut nulla est omnino consuetudo, & tunc aut fuit annulus datus simpliciter mulieri, & donatio presumitur, vel vir posuit annulum indigito mulieris, & tunc presumitur matrimonium: Addit Mendo. supple tu præcedente tractatu vel verbis iuxta distinctionem Lapp. hic & Felin. in dict. cap. illud numer. 12. de presump. subiungit ibi de Romæ consuetudine, & totius Italia.

25 Declara 7 secundo vt non procedat quoties aliquis præcessisset tractatus; tunc enim & si annulus non fuisset immisus in digito mulieris sed tantum traditus presumerentur sponsalia Panormit. in d. cap. illud Anto. de Butr. in d. cap. fina. de desponsa. impube. nu. 8. & in d. cap. illud num. 7. Aretin. d. consil. 13. numer. 4. Menoch. d. presump. numer. 10. Eleganter Bero. d. quæst. 6. numer. 5. ad fin. Mascard. licet obscure d. conclus. 1020. numer. 6. & antea numer. 3. ad medium quo loci citat Maluer. d. consil. 83. numer. 23. inter matrimonia censit & Costan. tractat. de sponsa. d. cap. 5. numer. 7. Sanch. supra num. 3.

26 Declara tertio 7 vt procedat in his personis quæ legitimam habent ad sponsalia contrahenda ætatem, secus in alijs, ita declarat Panorm. in d. cap. fina. num. 4. de desponsa. impube. sequitur Mascard. d. conclus. 1020. num. 5. quibus adde quod cum ætas legitima contrahendi sponsalia sit septem annorum

1. in sponsalibus ff. de spõsa. cap. litteris cap. accessit cap. ad dissoluendum de desponsa. impube. vbi 7 impuberes matrimonium per verba de presenti contraxerunt, non valet in vim matrimonij, valebit tamen vt sponsalia de futuro cap. 1. §. 1. de desponsa. impube. lib. 6. vbi cæteri docent Didac. qui rationem expendit in Epito. ad 4. 1. part. cap. 3. a num. 1. cum sequent. Franc. Domi. Preposi. & alij in d. cap. 1. §. 1. Boer. decisio. 22. num. 37. Parisi. conf. 62. num. 9. lib. 6. egregie Sarasi. in additionibus ad Mathefil. singul. 34. num. 21. Ga. l. lib. obserua. 2. obserua. 80. num. 11. cum igitur 7 deficiat consensus ratione minoris ætatis quidquid verbis signis, arrhis, vel annulis inuicem inter eos actum est nullum censetur, nisi post hanc ætatem denuo arrhæ, & annuli darentur, cum tunc his coniuugalis consensus iuris presump. censeatur expressus, & matrimonium contractum d. cap. 1. §. 1. secundum communem intellectum eorum verborum. Nisi per carnis copulam subsequutam, vel aliquem modum alium quemadmodum glos. inibi, & cæteri omnes interpretantur. Ruin. consil. 203. lib. 1. Deci. qui communem consil. 368. & qui alios Didacus in Epito. ad 4. 1. part. cap. 4. num. 3. Carre. in tractat. de sponsa. lib. 1. cap. 14. lat. illi. Menoch. lib. 3. presump. presump. 1. numer. 60. 61. 62. 63. intellige semper iure veteri considerato secus nouo Concilij, nam eo attento annuli immissio, munera nec alia quæ subsequerentur, nisi nouo coram Parrocho consensu adhibito non esset matrimonium Spin. d. glos. 15. numer. 61. ad medium. Et hac 7 tertia declaratione infertur vtiliter, quod cum inter duos impuberes, & puberem & in puberem matrimonium contractum non valeat; nisi (vt dictum est) in vim sponsaliorum de futuro, & si 7 altera partium nollet matrimonium contrahere cogi nequeat, cogi tamen potest vnus ab alio vt sponsalia contrahat, ratione promissionis nedum in foro conscientie, sed & in foro exteriori, quia 7 sola sponsalia de futuro obligant hodie sicut & antiquitas, & Concilium Tridenti. nihil in his immutauit ita singulariter respondit Azpilcue. consil. 1. titu. de desponsa. impube. a numer. 1. & consil. 2. eo. titu. intelligendo tamen vt ille intelligit, nisi iuxta causa suaderet sponsaliorum dissolutionem, vel matrimonium cum altera fuisset contractum: quamquam in hac specie & præter reatum peccati puniretur contrahens.

27 Quarto declara 7 quoties præcessissent aliqua verba, & annulus fuisset traditus ab

D sponso

sponso mulieri tacenti presentibus parentibus vel consanguineis, nam & in hac specie annuli traditio, etiam tacente muliere faceret presumi sponsalia, quinimo & matrimonium, vbi verba essent apta vt infra dicemus: cap. vni. §. porro, vbi & communis schola docet. de desponsa. impube. lib. 6. Azpilcuc. consil. 3. titu. de desponsa. impube. numer. 1. & in terminis annuli docet latissime Lapp. d. allegatio. 56. numer. 2. 3. 4. 5. & 13. cum sequent. ibidem Mendo. ad eum littera P. verbo si parentes contrahant glos. in cap. tuæ & in cap. si inter de sponsa. vbi Anton. num. 9. Didacus in Epito. ad 4. 2. part. cap. 4. numer. 3. & 4. qui illic rationem reddit Menoch. d. præsumptio. 2. num. 4. Præposi. in cap. fina. numer. 3. de desponsa. impube. Mathe. tractat. de nunc. testi. cap. 10. numer. 95. & 96. Constan. tractat. de desponsa. cap. 5. num. 10. qui inquit ob virginalem verecundiam facilius annuunt quam loquantur cas. honorantur 32. quæstio. 2. glos. in cap. penult. ex. de sponsa. His igitur casibus, & similibus, (quinque enim aut sex scriptores referunt) quibus sponsalia contrahuntur, posset cogi spondentes, vbi vnus eorum vellet contrahere matrimonium in facie Ecclesie. Sanch. supra vum. 6.

33 Reliquum est, vt de matrimonio differamus, Regula vera aduersus Mascard. hæc est. Annuli traditionem seu immisionem ex se matrimonium non efficiere: quia vt rectè Panormita. in d. cap. fina. in fine ex. de desponsatione impuberum. Signum est æquiuocum, atque contingere potest non contrahendi animo, & affectu vxorio datum fuisse sed alio. tum esse potest vt sponsalibus contractis non fuerint vltra progressi. sequitur Menoch. d. præsumptio. 2. in princ. Alexan. Raudens. tractat. de Analog. d. cap. 30. numer. 301. id ipsum expressim sensit Mascard. d. conclus. 1020. numer. 3. ad fin. & antea Lapp. d. allegatio. 56. numer. 5. cum alijs per nos superius adductis. Verbis itaque opus est, quod si expressim se matrimonium contrahere dixerint, & annulus ideo detur in claris coniecturis opus non est, cum vt supra diximus, annuli traditio reguletur secundum verba expressa Hostien. in titu. de sponsa. §. quot sunt species Didacus. d. cap. 4. numer. 3. Parisi. d. consil. 60. num. 48. Bero. d. quæstio. 6. Menoch. d. præsumptio. 2. numer. 2. cum alijs supra citatis. Idem est quoties annulus fuisset nullis expressis verbis mulieri traditus, & in loco nulla est consuetudo, quæ traditionem

annuli quidquam significare disponat: nam in hoc casu nihil importat quoad sponsalia, nec matrimonium Panormita. in d. cap. illud de præsumptio. Anton. in d. cap. fina. numer. 8. Lapp. numer. 5. in d. allegatio. 56. Bero. d. quæst. 5. Meno. qui alios d. præsumpt. 2. num. 6.

37 Protende et regulam primo quoties annulus fuisset traditus mulieri à patre absque vilo matrimonij apparatu, nec presentente aut consentiente filio, tunc nec matrimonium efficit annuli traditio, ita scribit Menoch. d. præsumptio. 2. numer. 8. ductus auctoritate Anton. de Butr. in d. cap. fina. num. 8. Addit ille, & hic casus apud me nullam habet dubitationem, imo crediderim, quod si pater tradidisset anulum, etiam in ipso apparatu matrimonij, nihil egisset nisi filij consensu tradidisset; allegat Præposi. in d. cap. fina. numer. 6. hæc ille, & rectè: nam expressum est in cap. 1. §. fina. de desponsa. impube. in 6. vt matrimonium sequatur expressis à parentibus verbis, opus filios fore presentes etsi taceant, præsumit enim ius, & filiorum consensum tunc affore, quanquam secus foret vbi extranei id facerent: solis enim parentibus ius hanc tribuit prærogatiuam, quæ ab innata filiorum erga parentes obedientia descendit glos. in cap. tuæ de sponsali. & qui multos in hanc sententiam memorat diserte Didacus in d. cap. 4. numer. 4. aduersus glossam communiter confutatam in d. cap. 1. §. fina. verbo sponsalia de desponsa. impube. in 6. Lapp. d. allegatio. 56. numer. 10. ad medium vbi & Mendos. sub littera P. ver. parentes & Didacus sequitur expressim Matien. in glos. 1. rubr. titu. 1. lib. 5. ordina. n. 25. & 26. Sic et conuerso ordine filius contrahens matrimonium presentente, & tacente patre, censetur de voluntate patris contrahere l. in sponsalibus ff. de sponsa. l. sed ea ff. illo titu. l. sicut proponis C. de nup. Viual. in Candela. Aure. titu. de matrimo. quæstio. 38. qui communem asserit theologorum & canonistarum.

38 Addiderim ipse, & opinioni Menoch. idem esse, & si in loco adesset consuetudo, qua annuli traditio matrimonium efficeret, nec enim patris inuito aut absente filio subarrhatio prodesset, ex his, quæ modo dixi.

39 Secundo extende et vt procedat etiam si idem vir absque vilo matrimonij apparatu anulum tradidisset mulieri, & in eius digito annullari immisisset nullo tractatu, verbis, vel signis præcedentibus prius. Et si enim Anton. de Butr. relatus à Menoch. d. præsumptio. num. 9. contrarium asserat, & de veritate dubitet idem Menoch. Ego tamen non

non dubito sed omnino falsam assertionem existimo propter eam rationem quam scripsit Menoch. ibi, quia vbi deest matrimonij apparatus, videtur potius sponsaliorum nomine traditus, quam instantis matrimonij: Tum quia cum signum sit æquiuocum, & aliud quam matrimonium possit significare, matrimonij coniectura sumi nequit. Tertio et quia traditio vel immisio annuli importare matrimonium non potest, nisi verba, aut signa apta præcedant: quemadmodum infra dicemus.

41 Extende tertio, et vt nec matrimonium præsumatur quoties vir solum defert anulum mulieri, sed eum non immitit digito annullari Anton. de Butr. in d. cap. fina. nu. 8. idem in cap. illud num. 7. de præsumpt. Aretin. in cons. 13. num. 4. Menoch. d. præsumptio. num. 10. cui addendi Bero. in d. quæst. 6. num. 5. vbi attestatur de communi consuetudine ita obseruari Lapp. d. allega. 56. per totam. Mascard. d. conclus. 1020. num. 6. Sentit Graphi. 2. part. decisio lib. cap. 12. num. 49.

42 Extende quarto, et quado datus fuisset, vel immisus annulus, statim post dicta verba à viro mulieri, quæ sponsalia de futuro importarent, nam eo casu sequuta immisio annuli non efficeret sponsalia in matrimonium transire: hic est casus quem decidit Bero. in d. q. 6. Mouetur et ea ratione, quod non sit verisimile vno instanti contrahentes se. voluisse corrigere per simplicem annuli subarrhationem subsequatâ. argu. l. nam ad ea de conditio. & demonstratio. & cum sit indifferens actus ille traditionis annuli, & verba sint clara & aperta designantia sponsalia de futuro, in claris opus coniecturis non est, l. continuus §. cum ita de verbo. obliga. l. ille aut ille §. cum in verbis. de leg. 3. Maxime, quod in illo casu non erat facta immisio indigito annullari.

43 Extende quinto, et quoties mulier cum viro habitans gestat anulum, non tamen constat à quo sit datus vel immisus, non enim tunc delatio annuli facit presumi matrimonium iuxta Oldra. consil. 159. num. 6. Iass. in præiud. feudo. num. 12. Menoch. qui eos refert d. præsumptio. num. 13. & consil. 199. num. 47. lib. 2. Intellige tamen et quoties cum hac delatione annuli non concurrerent aliæ coniecturæ, quemadmodum ex Parisi. & Didac. rectè idem Menoch. declarat d. consil. 199. num. 52. lib. 2. qui alios recenset ad hoc institutum; & idem Menoch. lib. 3. præsumptio. præsumptio. 1. numer. 94. 95.

44 Declara primo et regulam vt intelligatur quoties verba quæ ante annuli traditionem

vel immisionem præcedunt non sunt apta ex se designare matrimonium, secus vbi essent iuxta glos. insignem in cap. penult. de sponsa. quæ expressim docet, matrimonium contractum censeret, ex eo quod femine consensum coniugalem exprimentis, vir etiam eodem modo respondeat. quam glos. dixit inibi singularem Panorm. in d. cap. penult. Parisi. consil. 55. num. 43. lib. 4. & dicit communem, & receptam Didac. Couarru. in Epito. ad 4. 2. part. cap. 4. nu. 3. & 4. alios referens, Matien. in glos. 1. rubr. titu. 1. lib. 5. ordinatio. num. 24. qui & communem repetit, & ita intelligendus Marzar. consil. 17. num. 3. & id etiam scribit Bero. in d. quæst. 6. num. 5. Menoch. d. præsumptio. 2. num. 4. & in hac ipsa specie consuluit Lapp. in d. allega. 56. vt colligitur ex numer. 17. versu. sed quando factam: Sed quando factum (ait) præcedit aliquid tractatus, vel verba de matrimonio contrahendo, postea ipsam factum vel signum aptum ad matrimonium; subarrhatio sufficit ad matrimonium. hæc ille: vbi Mando. ad eum sub littera R. qui etiam asserit communem fore citans Barba. consil. 6. num. 17. lib. 1. & Parisi. in plerisque locis; in eandem conscendit Mascard. d. conclus. 1020. num. 3. ad finem. Et in hunc modum intellige omnes, qui affirmarunt simpliciter sola annuli immisione matrimonium presumi, aliter male loquerentur vt supra animaduertiti: & sic erit intelligendus idem Mascard. d. conclus. num. 1. pro regula constituens annuli subarrhationem matrimonium designare in eam plures referens auctores: & idem Mascard. conclus. 100. numer. 1. tom. 1.

45 Declara et secundo quoties in apparatu matrimonij traditus fuisset annulus presentente Sacerdote ad fores Ecclesie adstantibus multis, tunc ex immisione annuli matrimonium presumit ius, ex doctrina Anton. de Butr. in d. cap. fina. numer. 8. de desponsa. impube. Aretin. consil. 13. num. 4. Menoch. d. præsumptio. 2. numer. 7. cui adde Bero. eandem firmantem sententiam in d. quæst. 6. in fina. verbis qui alios refert.

46 Declara et tertio, et si verba prolata ante traditionem annuli fuissent dubia, namstante apparatu matrimonij traditio illa; & si annulus non immiteretur efficeret presumi matrimonium. Ita scribit Menoch. d. præsumptio. numer. 11. versu. octauus casus: quia inquit immisio requiritur, nisi alijs signis præcedentibus vel sequentibus significari possit matrimonium, citat aliquos in hanc sententiam qui tamen id non dicunt.

D 2 Nam

Nam Lapp. non loquitur ubi verba sunt dubia, tum etiam loquitur in annuli immiffione, non in fola traditione, vt ille affirmat exprefle nu. 3. ibi. Quia idem Mathews fubarhauit eandem per annuli immiffionem. minus etiam in his terminis Bero. quia loquitur de immiffione annuli in digito annulari: alij vero non tam aperte illius docent opinionem, qua apud me dubia eft ex regula receptiffima fupra tradita, verba fcilicet apta effe oportere clara, & perfpicua: & licet in hac fpecie militet illa prefumptio apparatus matrimonij, ex aduerfo militat duar; fcilicet verborum inaptitudo, & fola annuli, fine immiffione tradito.

50 Quarto declara & quoties effemus in dubio cafu an annuli nedum immiffio; fed etia traditio matrimonij efficeret, hoc enim cafu pro matrimonio eft iudicandum cap. fina. de re iudica. vel confulendus Roma. Pontifi. cap. 1. de transf. Panormita. in d. cap. fina. ad finem ubi But. num. 8. Areti. confil. 13. num. 4. Menoch. d. prefumpt. num. 22. Et licet hec etiam traditio poffet inficiari & tamen hodie non procedit attento iure Concilij Tridenti. quoniam in hac fpecie, & fimilibus eft iudicandum aduerfus matrimonium, nifi vno tantum & cafu, quoties dubitaretur an effet contractum in facie Ecclefie iuxta formam d. facri Concilij quia cum cetera matrimonia fint nulla, & irrita pro his fide dubio iudicandum non eft, & quemadmodum etiam ante Concilium Tridenti. vt dixi fupra comparatio. 8. & late Mafcard. tractat. de probatio. part. 2. conclus. 1023. num. 10.

51 Probatur autem arrharum, vel annuli traditio in cafibus precedentibus ex confefione coniugis deferentis, nifi contrarium probaretur teftibus vel coniecturis quemadmodum explicat Mafcard. tractat. de probatio. part. 1. conclus. 129. a num. 1. qui videndus.

SUMMARIVM.

- 1 Matrimonia prefumpta omnia Concilio Tridentino fublata.
- 2 Matrimonium de iure ciuili ex cohabitatione prefumitur.
- 3 Matrimonium de iure ciuili inter impares non prefumitur.
- 4 Filij ab imparibus fufcepti, non prefumuntur legitimi, nec faciunt deficere conditionem fi sine liberis.
- 5 Matrimonia imparia iure ciuili fublata.
- 6 Senatores eorumq; liberi, abiectas fcecinas in vxores accipere interdicebantur.
- 7 Octavianus Auguftus, patritij generis viris,

- libertas in vxores ducere permiffa.
- 8 Iuftinianus legem Iuliam de nuptijs, Senatorum & libertinarum abrogauit.
- 9 Matrimonium de iure canonico ex cohabitatione non prefumitur, fed adulterium.
- 10 Matrimonium de iure canonico ex cohabitatione longa non prefumitur.
- 11 Ius canonicum prefumit peccatum.
- 12 Didaci lapfus.
- 13 Initio quod non valet, tractu temporis fauore anima valere non potest.
- 14 Mafcardi confiliatio.
- 15 Mafcardi confiliatio reiecta.
- 16 Paritas & imparitas personarum de iure canonico non confideratur.
- 17 Matrimonium prefumitur ex cohabitatione & alijs coniecturis.
- 18 Coniectura matrimonij contracti qualis remiffiua.
- 19 Matrimonium ex cohabitatione non prefumitur de iure canonico, filij tamen confentur legitimi, & qua fit ratio.
- 20 Matrimonium morganatico vfu quale.
- 21 Canonicum ius ciuile corrigens non patitur extentionem.
- 22 Accessorium non fequitur naturam principalis vbi adeft diuerfa ratio.
- 23 Filij confentur legitimi etiam iure canonico ex fola cohabitatione mortuis parentibus.
- 24 Coniuges in peccato mortuos fuisse non prefumitur.
- 25 Cap. lator. extra. qui filij fint legi. declaratur.
- 26 Matrimonium ex cohabitatione hodierno iure non prefumitur.
- 27 Probationes coniecturales, ad probandum matrimonium contractum fuisse in forma S. C. Tridenti. non fuffulit Concilium Tridenti.

COMPARATIO XII.

PRAESUMPTIONIBVS CONTRACTVS, iuuantur, An eadem ipfe iure nouo Sacri Confilij Tridentini vindicent in matrimonio, paucis explicatur.



COMPARATIONE decima fcripsi, praefumptionibus matrimonium probari ficut contractus, paucas nunc referam, id folum praeflare conabor, vt ordo designat minime intercindatur: & praeter eas, quas tunc recensui, hec ex ordine fequitur, cohabitatione viri, & mulieris promifcuae viuientium, de qua dixi comparati. 5. fed nuc pauca de his & alijs: licet & enim

enim, vt no femel admonui matrimonia praefumpta hodie fint fublata, tam quoties dubitaretur an effet contractum matrimonium in facie Ecclefie iuxta facrum decretum vt quia incendio, bello, vel ruina parrochi liber foret deperditus, aut mortui fuiffent teftes, & parrochus, vel vnus ex his deficeret, tunc ad legitimas coniecturas, quae adiungi poffent hodierno iure recurri poffet. Na vt infra dicam non fuffulit S. Con. probationes, quae ex coniecturis fummi poffunt circa probationem matrimonij celebrati iuxta illius formam, & folemnitatem, ficut in terminis Sa. Concilij annotauit Plot ad Cocil. Laud. conf. 30. & tradit in fuis refo. Cance. lib. 3. cap. 11. num. 95. 96. & feq.

Huius quaefitionis duplex eft infpectio, prima iuris ciuilis, altera iuris canonici: circa primam, iure ciuili ex cohabitatione & tractatu & inter pares, & eiusdem conditionis praefumitur matrimonium & in libere vbi glo. ff. de rit. nup. glo. in l. in concubinato ff. de concubi. & in cap. 1. 30. q. 3. etiam quoad filiorum legitimationem d. l. in libere Innocen. in cap. ex parte de reftitu. fpolia. Panorm. Imol. Felin. & alij in cap. illud de praefump. idem Panorm. in cap. ex tenore. ex qui filij fint legi. Lapp. de matrimo. part. 2. num. 12. Roma. fingul. 446. Alciat. tracta. de praefump. regu. 2. praefump. 5. a num. 1. Paleot. tracta. de No. & spur. cap. 5. num. 4. Dida. in Epito. de fponfa. 2. part. cap. 1. num. 5. Meno. tracta. de praefump. lib. 3. praefump. 1. num. 8. Matien. in glo. 1. rubr. tit. 1. lib. 5. ordina. num. 23. 24. Mafcard. tracta. de probat. tom. 2. conclus. 1021. num. 5. qui duos alios adduxi, ceteros, qui hic repetendi fupra comparati. 5.

4 Hac moti traditione & arguuntantur noftri, nec matrimonium inter impares de iure ciuili praefumi, nec filios legitimos cenferi, vt legitimitate hac conditionem fidei commiffi deficere faciant, quoties sine filijs legitimis & naturalibus conditio per teftatorem fcripta eft, & quoties de fucceffione agitur ficut refpondit Bald. in l. in libere ff. de rit. nup. fupra citata Cagno. in l. fi qua illuftris num. 12. ad S. C. officia. & hic Bar. chinone Celf. Hugo. conf. 76. num. 5. Paleot. tracta. de not. & spur. cap. 9. a num. 1. & 2. latiffime & erudite Menoch. conf. 199. num. 49. & toto Concilio Caphal. 82. num. 62. 63. & fequen. lib. 1. qui citat Socin. conf. 39. num. 1. & Alciat. in tractat. de praefump. o. praefumptio. 1. regula 3. num. 122. Crauet. conf. 991. num. 48. lib. 6. adduxi plures alios in eifdem terminis loquentes fuperius comparati. 10. ad finem verfi. Vt autem a diuerticulo & ab hac traditione diffedit huc vsq;

nullus crediderunt omnes iure ciuili impa-ria fublata fuiffe matrimonia, idque veteri digefforum iure ftaturum fuiffe verum quidem; lege & enim Iulia Senatores, eorumque liberi humiles, & abiectas fcecinas vxores accipere interdicebantur l. lege Iulia ff. de ritu. nup. l. humilem C. de inceft. nup. l. 1. C. de natura. libe. has autem leges vt Dii. refert & Octavianus Auguftus omnino fuffulit. liberumque fuit mafculis patritij generis, dum Senatorij ordinis non effent, libertas etiam vxores ducere: fed & filios legitimos effe voluit Iuftianus. Tandem & legem Iuliam de nuptijs Senatorum, & libertinarum abrogauit, dedit enim ius connubij viris clariffimis, vt cum abiectis etiam & viliffimis mulieribus, dum dotalia inftrumenta confcriberent, contrahere poffent f. quia vero legem in authen. vt lice. ma. & au. authen. fed nouo iure & authen. Maximis C. de nup. quo igitur iure interpretes noftri crediderunt iure ciuili interdicitas fuiffe inter impares nuptias, certè non video, cum ea quae adferunt iura correctata fint, nec eorum recordatio extet aliqua.

9 Altera eft iuris & canonici, eo atteto ex cohabitatione, & tractatu matrimonium nullquam praefumitur fed adulterium potius glof. in cap. 1. 30. q. 5. Panorm. Felin. & pofteriores in d. cap. illud de praefump. Menoch. d. praefump. l. 3. num. 69. Mafcard. d. conclus. 121. a num. 1. quibus addendi alij, quos ad hoc institutum recensui in comparati. 10. Vbi & rationem vnam huius fententiae praeter alios adduxi. Mohe. decifio. 281. qui fil. fint legi. Monal. conf. 112. lib. 1. num. 34.

10 Extende regulam & etiam fribabitatio 16. ga foret decenij & vltra, quia quoad cohabitationem non praefumitur matrimonium etia inter pares, & eiusdem conditionis iure canonico, fed potius & adulterium, eade enim ratio in hoc cafu militat, quae in eo, cum matrimonium recens est, & quando ius hoc peccatum praefumit vt d. comparati. o. dixi, anteo tempore, augeri magis peccatum non dubium eft cap. fina. de confue. fequenter lapfu illius temporis matrimonium praefumi non potest. Innocen. in cap. ex parte de reftitu. fpolia. Panormita. Imol. Felin. in d. cap. illud de praefump. Caphal. confil. 435. num. 64. lib. 3. Paleot. tracta. de not. & spur. cap. 19. a num. 1. vsq; ad finem recenset multos Mafcard. d. conclus. 1021. num. 21. Menoch. conf. 199. num. 48. lib. 2. quae proculdubio communis eft: Et fi & incaute. Dida. in Epito. ad. 4. 2. part. cap. 1. nu. 5. affirmauerit lapfu decenij, etiam inter ipfos cotraentes matrimonium praefumi, quam fequitur Matien. in glof. 1. rubr. titu. 1. lib. 5.

13 ordinatio. nu. 23. 24. quod et enim ab initio non valet, tractu temporis legitimum effici non potest. regu. quod ab initio de regu. iur. maxime in materia peccati, & vbi de anime fauore agitur vt illi aduertunt, & sic expræsim Rota. Roma. iudicauit decisio 470. n. 4. in 1. par. decisio nouissima. & decisio. 69. a n. 1. in prima parte decisio. 66. par. 3. nu. 1. quæ conformes concludunt quoad ipsos coniuges: ex longa habitatione non præsumi coniugium legitimum, nisi vt modo dicemus de filiorum legitimatione ageretur, quo casu alijs concurrentibus matrimonium præsumi potest.

14 Et quanquã et aduersus superiorem sententiam tenuerint aliqui, quos ad concordiam reducere voluit distinguendo Mascard. d. conclu. nu. 3. quod vbi præcesserunt sponsalia & sequuta fuit cohabitatio longa; eo casu præsumitur matrimonium, sin minus secus: hæc tamen et non placet, quia illo iure proculdubio ex copula sequenti post contracta sponsalia matrimonium contrahebatur. c. is qui fidem de sponsa. cum simi. etiã si nec longa habitatio foret inter eos quemadmodum Panor. & alij in d. c. is qui fidem fatentur. Neq. Capha. & Mascard. citatus hoc dicit sed simpliciter fatetur conf. 239. nu. 11. ex contractu sponsaliorum præcedenti & sequuta cohabitatio præsumi matrimonium. Præterea et de iure canonico parum aut nihil consideranda est paritas vel imparitas personarum vt asserit noster Celsus Hugo. conf. 73. nu. 5. quem etiam refert in id Meno. d. præsump. 1. nu. 72. Adde ipse nec de iure ciuili nouissimo quemadmodum supra ostendi & latius infra comparatio. 18.

15 Limita primo regulam et non procedere concurrentibus alijs præter solam habitationem cõiecturis, quia tunc quoad filios etiam de iure canonico præsumitur matrimonium præcessisse, iuxta communem omnium sententiam in c. lator qui si. sint legi. Feli. & alij in d. c. illud de præsum. Alcia. tract. de præsum. regu. 1. præsum. 41. a n. 1. & præsum. 2. n. 1. & sequen. Gramma. conf. 26. n. 9. 10. Dida. in d. c. 1. n. 5. Matien. in d. glo. 1. n. 23. 24. Paleot. in tract. de not. & spur. c. 19. nu. 9. Mascard. d. conclu. 1021. nu. 7. Meno. qui alios plures d. præsum. 1. a n. 71. & d. conf. 199. a n. 48. Capha. qui aliquos recenset conf. 435. n. 48. cõ sequen. multis li. 3. adde dictas decisio. Rote nouissimas. decisio. 69. a n. 1. & 470. nu. 4. 1. part. in nouiss. decisio. 66. part. 3. nu. 1.

16 Coniectura et autem quales sunt, & quantæ, ne rem millies actam agere videatur, videndus Socin. qui aliquas conf. 39. nu. 4. lib. 1. Paleot. qui quinque d. cap. 19. nu. 9. Eleganter Capha. qui 14. adducit d. conf. 435.

17 num. 48. cum sequen. lib. 3. Celsus Hugo. qui quasdam d. conf. 73. Alcia. d. præsum. 5. regu. 2. aliqua Peregr. tracta. de fidei. art. 24. nu. 53. & Caphali. coniecturas denuo cum alijs pertractat Menoch. d. conf. 199. qui & docet ibi quemadmodum singula obijci, & dilui possint, quod antea Capha. præstitit d. conf. 435. & conf. 82. lib. 1. toto consilio. Eisdem coniecturas suscitatur de his differens prolixè idem Menoch. d. præsump. 1. a n. 70. 71. Decisio nouissima Rote Roma. quæ octo refert d. decisio. 69. 1. part. Monal. conf. 112. nu. 34. lib. 1. Peregrin. conf. 91. nu. 9. lib. 2.

18 Nec et quemquam mirari oportet cur tantæ varie iure canonico fuerit statutum, præsumit adulterium potius quam matrimonium inter eosdem cohabitantes, tamen filios iudicat esse legitimos, & ex legitimo matrimonio natos, quasi vna & eadem res possit diuerso iure censerì, aduersus eaque nostri legumlatores docuerunt in l. cum qui edes cum similibus ff. de vlt. cap. Nam eadem res ad diuersa relata, potest diuerso iure censerì, quemadmodum Iass. scribit in l. 1. §. hoc autem num. 16. ff. ad S. C. Trebellia. nam & qui curi offertur, filius legitimus tantum ratione parentum efficitur, non vero agnatorum l. communium C. de natura. liber. & Principis rescripto potest quis quoad aliquas personas emancipari, quoad alias minime l. si ab eo C. de legi. here. Et contrahens et pater matrimonium morganico vsu, quoad res quasdam filios legitimos procreat, quoad feuda vero sibi sunt veluti nothi, & spurij omnino incapaces cap. 1. de filijs natis ex. matrimo. ad morga. contract. sed & cum ius canonicum cohabitantes coniuges esse non credat, quod in materia peccati tutior sit pars eligenda vt dixi supra, quæ ratio quoad virum & mulierem non etiam quoad filios vindicat. Ius et planè canonicum ciuile corrigens extendi nequit, nisi quatenus ratio ipsa ostendit ad tex. in l. adigere §. quamuis de iure. patro. cap. cum cessante de appella. atque ex his constat aliam in parentibus, alteram in filijs, & si accessorij rationem militare, et quo casu accessorium principalis naturam non sequitur l. & si is cum vulga. C. de prædijs misro. Alcia. d. tractat. de præsumpt. regu. 2. præsump. 5. nu. 2. & qui eum sequitur Meno. d. præsum. 1. nu. 79.

19 Limita secundo et quoties parentes essent mortui, & de filiorum legitimatione ageretur, nam & hoc casu iure canonico matrimonium præcessisse præsumitur inter cohabitantes, iuxta glo. insignem in d. c. lator ex. qui filij sint legitimi vbi Panor. Feli. in c. per tuas de proba. Dec. in ca. Ecclesia sancta Manie num. 39. de consti. Curti. & alij a Dida. relati

20 in d. c. 1. nu. 5. Meno. d. præsump. num. 77. ij omnes mouentur autoritate tex. in d. c. lator. qui tamè vt opinatur Dida. non probat, quoniam inquit in eo cap. filius communi opinione reputabatur legitimus, cui adhaeret Meno. supra subdit validiorem esse rationem et quod præsumendum non sit coniuges premortuos, in peccato mori voluisse, & ideo contraxisse præsumantur matrimonium. Ego autem et filium in d. c. fuisse legitimum creditum ex cohabitatione video, & alijs cõiecturis legitimis, quæ onus probandi contrarium in aduersarium transtulerunt, quemadmodum glo. declarat & si expressim de cohabitatio non loquatur in d. c. verbo probare legitime: credebatur enim (inquit) vxor eo mortuo, vxor autè cohabitatioe & alijs cõiecturis præsumitur quemadmodum dixim ab alijs millies.

21 Quale autem ius ciuile an canonicum in his quæ interesse differunt seruandū sit Meno. docet supra. num. 78.

22 Hodierno iure et cohabitatio efficere nequit matrimonium, nouus enim consensus requiritur & forma Concilij, Spin. tract. de testa. glo. 1. §. n. 61. post prin. Matien. in glo. 1. rub. tit. 1. §. ordina. n. 53. 54. & sequen.

23 Non tamen et suffulit S. C. probationes etiam coniecturales quibus matrimonium contractum fuisse in forma illius, probaretur sicuti erudite & vere respondit Monal. conf. 61. nu. 5. & conf. 154. nu. 7. lib. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Dominia rerum traditionibus transferuntur.
- 2 Traditio nuda non transfert dominium.
- 3 Inuecta & traducta in domum conducta censetur tacite hypothecata.
- 4 Traditio sponsæ post contracta sponsalia matrimonium efficit.
- 5 Traductio sponsæ a viro facta, adimplenda promissionis præcedentis causa facta censetur.
- 6 Traductio sponsæ ad domum mariti iure canonico matrimonium non efficit.
- 7 Traductio sponsæ ad domum mariti iure nouo Concilij Tridentini matrimonium non facit.
- 8 Traductio sponsæ cum solemnibus apparatibus matrimonium faciebat iure veteri canonico.
- 9 Traductio sponsæ vbi dubitaretur an sponsalia de presenti vel de futuro præcessissent induci præsumptionem sponsaliorum de presenti.
- 10 Menochij opinio reprobata.
- 11 Traductio sponsæ non acquirit marito quasi possessionem matrimonij.
- 12 Traductio sponsæ adstante paritate probationem inducit præsumptionem sponsaliorum.

- 13 Menochij ratio confutatur.
- 14 Separatio thori fieri poterat iure veteri canonico vbi contrabebatur matrimonium claudendum.
- 15 Turpitudinem suam allegare quis potest fauore anime.
- 16 L. quoties C. de rei vendicatio. an procedat in matrimonio.
- 17 Res posteriori tradita fit illius.
- 18 Matrimonium contractus est, & assimilatur plurimum emptioni & venditioni.
- 19 Matrimonium verum Sacramentum.
- 20 Ius plenissimum in spiritualibus ex solo titulo sine traditione transfertur.
- 21 Actus primus preferitur secundo in spiritualibus licet in eo interueniat traditio.
- 22 Barbosa opinio aduersus communem.
- 23 Offerens se Deo, dominium ex sola oblatione in Deum non transfert.
- 24 Papa licet nequeat decrere materia Sacramentorum potest tamen in Sacramento matrimonij quia contractus habitare vel inhabilitare personas contrahentium.
- 25 Traditione corporum dominium in matrimonio transfertur.
- 26 Votum solenne an vinculum matrimonij dirimat.
- 27 Votum simplex non dirimit matrimonium ratum.
- 28 Matien. consideratio ad legem quoties in matrimonio rato non consumato.
- 29 Opinio communis defenditur ab impugnationibus Barbosa & aliorum.
- 30 Professio tacite fieri potest.
- 31 Res spirituales tradi, improprie dicitur.
- 32 Seruitutes improprie traduntur.
- 33 Vouens magis resignare voluntatem in superiorem arci debet quam se tradere.
- 34 Voluntas in alterius conferri potest arbitrium.
- 35 Traditio quod facit in rebus profanis, idem operatur titulus in spiritualibus.
- 36 Barbosa consideratio ad cap. si tibi absenti reiecta.
- 37 Titulus traditionis loco est in beneficialibus.
- 38 Barbosa ratio euerfa.
- 39 Matrimonium vbi consideratur tanquam contractus & tanquam Sacramentum, præualdet vt Sacramentum.
- 40 Causa potentior vbiq. præualet.
- 41 Traditio in matrimonio de presenti facta censetur.
- 42 Primum matrimonium de presenti preferitur secundo licet in eo interueniat copula carnalis.
- 43 Matrimonium verum non requirit copulam.
- 44 Barbosa solutio sublata.
- 45 Maritus contrahendo matrimonium de presenti voluntatis dominium perdit.

- 46 *Barbos. solutio labefactatur.*
- 47 *Communis opinio sustinetur titulum in spiri-
tualibus pro traditione esse.*
- 48 *Titulus in matrimonio causatur ex consensu
in verbis de presenti.*

COMPARATIO. XIII.

*TRADITIONIBVS RERV M
transferrī dominia, An sponse traditio
à seipsa vel parentibus facta matrimo-
nium inducat, Et quid iure nouo Conci-
lij Tridentini, non insubtiliter decla-
ratur.*

S I C V T in contractibus do-
minia rerum traditionibus trās-
feruntur l. traditionibus C. de
pact. quæ nuda & esse nequeunt
sed ob causam, & titulo aliquo
præcedente adiectæ l. nunquam nuda ff. de
acquiren. rer. domi. §. per traditionem in fit
de rer. diui. vbi glo. Angel. & Porti. Barto. &
posteriores in d. l. traditionibus: sicut & etiã
in uicēta, & traducta in domum conductam
cēsetur tacita pactioe hypothecata l. item
quia ff. de pact. l. certi iuris C. de loca. §. item
seruiana vbi glo. & omnes de actio. Sic post
& contracta sponsalia sponsa traditio, & ad
domum sponsi traditio matrimonium effi-
cit: quod & verisimile sit traditionem hanc
sponte à viro perficiendâ spōsionis præce-
dentis causa celebratam, ob idq. matrimo-
nium perfectum l. mulierem ff. de rit. nupri.
vbi glo. & altera in l. si cui fuerit de condi. &
demonst. vbi Bart. & Castren. Bald. & Salicet.
in l. cum te. C. de donat. ante nup. Socin.
num. 3. in d. l. si cui fuerit Deci. in cap. iura-
uit, de proba. post Ioan. Andre. in cap. ana.
de sponsa. Panorm. Anto. de Butr. Calder. &
Præposi. ibidem Dida. in epito. de sponsa. l. 1.
part. cap. 4. §. 2. num. 1. qui alios. Paleo. tra-
cta. de not. & spur. cap. 19. nu. 6. Bal. Nouel.
tracta. de do. part. 11. secun. mem. num. 18.
Phanu. de Phanu. tracta. de dote. glo. 2. num.
46. 47. 48. Carre. tract. de sponsa. cap. 13. ad
finem. Menoch. tract. de præsump. lib. 3. præ-
sump. 1. num. 55. Mascard. tract. de probatio.
2. tom. conclus. 1028. num. 1. cum sequent.
Spi. tracta. de testa. glo. 15. nu. 65. qui Palati
& paucos quosdam memorat. And. Gail. sed
is obiter lib. obseruationum 2. obseruatio.
80. num. 11. ad medium Brunel. tracta. de
sponsa. conclus. 12. nu. 4. Marc. decisio. Del-
phina. 704. num. 5. par. 1.

6 Procedit & hac communis opinio de iure
civili non canonico, nam cum nec ex cohabi-
tatione ius hoc præsumat matrimonium qui

est actus magis intrinsecus, nec ex nisu copu-
læ carnalis, vt suo loco dicitur, multo minus
ex. traductione. quo circa hæc præsumptio
non recipitur Panorm. Anto. Cald. Præpo. &
ceteri in d. cap. ana. Aretin. conf. 142. nu. 6.
Dida. ex alijs d. §. 2. num. 1. & 2. Menoch. d.
præsump. num. 56. Mascard. d. conclus. 2028.
num. 2. Carreri. tracta. de sponsa. d. cap. 13.
in fin. Brunel. d. conclus. 12. nu. 4. Andr. Gail.
lib. 2. obserua. obserua. 80. num. 4.

7 Et multo & magis procedit hodie sine du-
bio. attento Concilio Tridentino, quo nisi
in traductione ipsa, nouus consensus coram
parrocho & testibus exprimat, nihil tradu-
ctio efficeret. Spin. in d. glo. 15. nu. 65. versu.
sic etiam dicendum Matien. in glo. 1. rub. tit.
1. lib. 5. ordina. num. 55. 56. & sequen.

8 Declara regulam & iuris antiqui duobus
modis. primo quoties traductio fuisse facta
cum solemnī apparatu, quem solent contra-
hentes publice celebrare, tunc enim & iure
veteri canonico præsumebatur matrimonium
Panorm. in cap. ex parte num. 26. de resti. spo-
lia. argumento tex. in cap. vidua de regular.
Dida. qui alios d. §. 2. Brunel. d. conclus. Mas-
card. & Meno. supra relati.

9 Declara & secundo aditante hinc inde ma-
ximo dubio, an sponsalia de presenti, an de
futuro præcesserint, nam ex traductione se-
quuta præsumi potest sponsalia præcedentia
fuisse de presenti, & à nouo traductionis ac-
tu, denuo consensum superuenisse ita Dida.
supra autoritate Bal. & Salice. in l. cum te.
C. de donat. ante nup. sequitur Mascard. d.
conclu. num. 5. Displicet & sententia Meno.
supra quoad ius canonicum, quia inquit si eo
iure non præsumitur matrimonium ex tradu-
ctione quoties constat præcessisse sponsalia de
futuro, quanto minus quando est dubium. Ad-
dit ex sententia Panorm. in cap. ex parte num.
25. de resti. spolia. & per hanc traductionem
non adquiri marito quasi possessionem ma-
trimonij quoad effectum, vt mulier a viro
abducta ei sit restituenda.

10 Quibus & non obstantibus ab opinione
Dida. non est recedendum nam quoties du-
bium est an præcesserint sponsalia de futuro
an de presenti, ex traductione satis constat
fuisse de presenti stante paritate probatio-
num, quo casu in dubio est pro matrimonio
iudicandum cap. ana. cum similibus de re iu-
dica. Nec & obstat altera ratio que magis vr-
get; nam & si viro repetenti eo casu non de-
retur restitutio, est ideo quia ad hoc vt eo iure
daretur, requirebatur contracta fuisse spon-
salia publice, & non clandestine in facie Ec-
clesiæ cap. ex transmissa cap. ex conquestio-
ne de re iu. spolia. alias matrimonium erat
clandestinum cap. ana. de clandest. desponsa.

Et

- 14 Et & eo casu ius canonicum denegabat resti-
tutionem: quinimo in pœnam sic contrahen-
tium quia contra interdium Ecclesiæ, fieri
15 poterat separatio, & pars & conuenta quæ
pro restitutione conuenitur allegans clāde-
stinitatem et si turpitudinem suam, quia agi-
tur de fauore animæ auditur. ca. lator. ca. te-
nor de re iudica. ita expressim declarat Bru-
nel. tract. de sponsa. conclus. 12. nu. 4. ad finē.
- 16 Ceterum & nunc querendum est, an regu-
la liquoties C. de rei venditio. procedat in
matrimonio. Exemplum sit in cap. ana. ex. de
sponsa duo. vbi matrimonium de presenti
prius contractum, præfertur, & carnali copu-
la consumato ad idem tex. in cap. si inter de
sponsal. cap. ana. 27. q. 2. Deci. in l. nuptias
nu. 2. & sequen. de reg. iur. & conf. 603. nu. 5.
Dida. in epito. 2. par. §. 3. nu. 5. quoniam ex
17 aduerso militat regula d. l. quoties & vbi et si
aliqui res prius vendita sit, si tamen post alte-
ri vendita & tradita sit, secundus priori præ-
ferendus est, quam difficultatem præsentit
glo. in d. c. fin. in glo. 1. vbi Præposi. nu. 3. nō
nullas refert doctorum opiniones. Matien.
in glo. rubr. li. titu. 1. li. 5. titu. 70. Barbos. in
rubr. ff. sol. matri. 2. par. nu. 82. ad finem.
- 18 Et auget difficultatem quoniam, & matri-
monium cum sit cōtractus vt multis relatis
dixi in præfatione huius tracta. in fine: & ne-
dum contractus, sed assimilatur magis em-
ptioni & venditioni, vt ibidem dixi, & d. l.
quoties loquatur proprie in venditione, con-
sequens videtur dispositionem d. c. ana. vix
posse sustineri: huic obiecto multipliciter
respondent interpretes nostri, sed Panormi.
19 frequentius approbatur, & is in d. ca. ana. de
spon. duo. respondit quod matrimonij qua-
tenus sacramentum est quid spirituale a cœlo
dimissum. Clemen. dispensiosam de Iudi. &
verum sacramentum a Christo Domino in-
stitutum, vt non semel in hoc tracta. dixi; &
de fide esse statuit sacrum Concilium Trid.
de matrimo. sessio. 24. cano. 1.
- 20 Atqui & in spiritualibus ex solo titulo sine
traditione transfertur plenissimum ius. cap.
si tibi absenti de præben. in 6. inde fit vt in
21 spiritualibus, & primus actus. 2. præferatur,
licet in secundo interueniat traditio cap. su-
gestum vbi Panorm. nu. 1. de iur. patro. Marc.
decisio. 744. nu. 7. 2. par. Bursa. conf. 270. nu.
22. lib. 2. asserit receptam Dida. lib. resolut.
3. cap. 16. nu. 1. Barbos. vbi supra nu. 83. qui-
bus addendi lass. in d. l. quoties, & in l. ana.
nu. 29. C. de sacro. Eccles. Paris. conf. 77. nu.
2. & 6. lib. 1.
- 22 Communem & hanc opinionem & distin-
ctionem improbat Barbos. vbi supra quia
inquit neq. in spiritualibus recedi debet a
23 dispositione d. l. quoties, & ideo & sibi iungit;

si quispiã se Deo offerat, nō tamē sui ipsius
dominium in Deum transtert nisi se tradat,
& sit qui Dei nomine solemniter recipiat
cap. 1. de voto lib. 6. ad finem vbi Domi. ra-
tionem reddit, & duas alteras Sot. de ius, &
iur. lib. 7. quæst. 2. articu. 5. column. 3. Neque
obstare dicit tex. in d. ca. si tibi absenti quon-
iam loquitur in beneficij collatione per quã
non transfertur dominium, quod semper re-
manet apud Christum §. nullius cum glo. in
sit. de reru diui. Addit extremo, quod et si
traditio communis recipi possit in ceteris
spiritualibus, tamē in matrimonio minime;
licet enim sit sacramentum, accedit tamen
24 humanis contractibus plurimum, & ideo
licet Papa non possit subtrahere vel detra-
here materiæ aliorum sacramentorum, pot-
est tamen sacramento matrimonij habilita-
tando vel inhabilitando personas, quia si
contractus, ca. super eo de cogn. spiritu. ca.
non debet de consan. & affinita. & dixi fusè
hoc libro comparā. 19. versu. Vt igitur sepius
leges.

25 Concludit tandem, & quod vt dominium
corporis transferatur in matrimonio, tradi-
tio interuenire debet, quæ & in alijs exigitur
contractibus: quod satis suadere dixit tex. in
ca. ad finem ex. de sponsa. duo. & ca. ana. 27.
q. 2. & post Thom. & alios idem censit Dida.
in Epito. de sponsa. 2. par. §. 7. §. 4. nu. 8. dum
docet, ideo matrimonij copula carnali con-
sumatum nō dissolui per votum solemnē re-
ligionis, quia interueniente copula interue-
nit etiam corporum traditio cap. cum socie-
tas cap. institutum est 27. q. 2. citat Medi. de
rest. q. 3. conclus. 8. ad 3. Sot. de ius, & iur.
lib. 7. q. 2. art. 5. colli. 1.

26 Auget magis & difficultatem ultra ea quæ
Barbos. supra, quoniam in eo articulo an vo-
tum solemnē dirimat vinculum matrimonij
27 rati & non consumati, non & tamen simplex:
ea per theologos & canonici iuris interpre-
tes ratio diuersitatis assignari solet quod
per votum solemnē fit realis personæ vouē-
tis traditio, per simplex minime, in quo nu-
da tantum promissio, sine traditione est: vn-
de cū solemniter vouens se ipsum Deo tra-
dat, à se abdicando ius vxorem ducendi, &
propriam possidendi quam non cognouit,
ideo efficitur vt vinculum matrimonij & nō
consumati actu traditionis fortiori voti so-
lemnīs, dirimatur in totum, non sit per votū
simplex castitatis quo realis traditio nō fit,
vt explicant D. Tho. Paluda. Fortunius, Ca-
tharin. Caieta. Dida. Medi. Sot. & alij quos
refert Matien. in glo. 1. rubr. tit. 1. lib. 5. or-
dina. n. 70. 71. Vnde & intulit idem Matien.
28 quod hac etiam ratione procedit dispositio
d. l. quoties vt illæ potior sit in dominio cui
prius

37 prius res tradita est, licet alius in titulo preuenierit, donec tamen non traditur rei illius non admittitur dominium l. traditionibus C. de pact. §. per traditionem de rerum diuisi. quare & in casu d. c. fina. ex de sponfa. duorum uideretur secundum matrimonium carnali copula consumatum, & ueluti corporum traditione priori preferendum.

39 His tamen non obstantibus a communi opinione & d. cap. fina. intellectu recedendum non uidetur: Neque obstant que Barbo. in contrarium adduxit: in primis tex. in d. cap. i. ad fin. de vo. & ea que ex alijs supra de voto solemniter dixi: quoniam etsi uideam Theologos simul, & nostros affirmare in voto solemniter seipsum uolentem tradere in manus recipientis professionem, & similiter & idem dixerint in eo, qui copula carnali consumat matrimonium, hec certe impropria traditio est, & longe distat ab ea de qua loquitur. tex. in d. l. quoties. & d. l. traditionibus: que loquuntur in traditione rei, que ita traditur ut nulloquam ab eo qui tradit possideri possit, tota eius cui traditur dominio, & possessione affecta. At qui uolent non tam prae se ipsum tradit quin non idem ipse apud se remaneat, & si uoluntas tota in recipientem Dei loco professionem transferatur & que & tacite fieri potest suscipiendo habitum professorum, & alijs modis quos glo. in d. cap. i. & doctores explicant.

31 Vnde res & spirituales in propria locutio est, dicere traditione transferri, quare nec dictum cap. i. de vo. de traditione loquitur.

32 His & simile est de seruitutibus que tradit proprie dici nequeunt, sed patetia uice traditionis est l. quoties ff. de seruit. l. seruitutes ff. de seruit. urban. preedi.

33 Et magis & traditio hec uolentis, resignatio uoluntatis proprie dici potest, in manum & posse superioris eam recipientis: sic & apud nostros dicitur uoluntatem in alterius conferre arbitrium, quando de captatoria agunt institutione. in l. illa & l. captatorias ff. de h. insti. l. captatorias C. de testam. mili. Vnde & quod efficit traditio in rebus profanis idem in spiritualibus titulus operatur. d. c. si tibi absenti & d. cap. suggestum. Et & displicet consideratio Barbof. ad tex. in d. cap. si tibi absenti, quatenus ait tex. loqui in collatione beneficii per quam non transfertur dominium, quod semper remanet apud Christum quoniam hec ratio, que tamen in se uera est, si procedere potest, idem esset dicendum generaliter in quouis collatione siue sit tradita uel non tradita possessio, cum dumtaxat solum ius administrandi transferatur, ut Barbof. ait: at hoc dici non potest, quia & inde sequeretur, post legitimam beneficii

collationem, posse eundem collatorem alteri conferre idem beneficium, demum alteri & in infinitum ceteris: Vnde ius canonicum & ne subincerto beneficia essent, & suam legem haberent statuit, ut titulus loco sit traditionis, & cui prius collatum is alteri licet collatum & tradita possessio fuerit preferri debeat d. cap. si tibi absenti.

38 Neque etiam placet quod idem Barbof. dixit ibidem, matrimonium contractum fore, & ideo matrimonio accommodari regulam d. l. quoties debere: Nam etsi uera traditio sit, tamen & ubi inuicem concurrunt contractus matrimonij & Sacramentum, praeualeat causa Sacramenti uti supernaturalis, & diuina, cause naturalis: id est contractus matrimonij qui est de iure naturali ut dixi comparata. i. cedit Sacramento diuinitus instituto. Sicut quando & concurrunt causa naturalis & accidentalis, praeualeat in concursu naturalis tanquam fortior l. 3. de tutel. ff. ubi Barto. idem Bart. in l. fina. ff. de offic. pro conf. Alciat. in repetition. l. 2. num. 38. de verb. obliga. Et generaliter potentior causa in omni dispositione praeualeat l. generaliter ff. de fidei. l. queritur ff. de statu. homi. ex his communis opinio ab impugnationibus defenditur Barbof.

41 Minus placet eiusdem solutio prima ad contrarium d. l. quoties: & inquit, & si doctores omnes fatentur per matrimonium de presenti contractum non transferri corporum dominium, nisi interueniente copula, tamen inquit longe uerius est in matrimonio de presenti contractum interuenisse traditionem, per quam dominium corporum transfertur ad potentiam copulae, ut colligitur ex cap. i. de spon. duo. & ca. fina. 27. q. 2. Vnde & ait ille sequitur ideo primum matrimonium de presenti preferri 2. in quo interuenit copula, quia ex primo dominium corporis ad potentiam copulae fuit translatum in uxorem, ideo non potest qui iam sui corporis dominus non est illud in aliam uxorem transferre ad eandem copulae potentiam argu. cap. quod autem de iu. patro. ideo merito primum praeualere matrimonium debet hucusque. ille cuius traditio uera non est, praeferat enim quod nullo iure probatur, nec etiam auctoritate; expressim aduersatur communibus theologorum omnium & canonistarum regulis, quinimo & iuribus manifestis innumeris diuersitatem constituentibus inter copulam que matrimonium consumat, & non existentiam illius: & licet enim tunc uerum sit matrimonium non tamen consumatum, proinde potentia illa in consideratione non est quousque ad actum peruenit, atque ideo matrimonium ratum sed non consumatum uoto solemniter modo dixi dissoluitur, quod copula intercedente

dente minime fit. Ideo licet ex sola illa traditione dominium corporum transferatur ad copulam, non tamen actu donec interueniat, licet habitu sic. Et ita intelligendus tex. cap. i. in fin. & ca. fina. de spon. duo. ca. fin. ad finem 27. q. 2. & ita etiam declarandus Domi. de Sor. in 4. distincti. 73. q. 1. artic. 5.

44 Secunda & eiusdem solutio eodem modo inuertitur quia uult speciale esse in matrimonio, ut quatenus pertinet ad indiuiduam uitae consuetudinem coniuges adiuuicem uideantur uoluntates secum transferre, iuxta illud Apосто. ad Corinth. cap. 7. relatum in ca. quidam in fin. de conu. & coniuga. & in ca. non debet de con. & affini. sicut inquit ille speciale est in eo, ut inuicem coniuges suorum corporum dominium transferant: ubi & infert quod cum maritus contrahendo matrimonium de presenti non sit amplius dominus suae uoluntatis quatenus ad indiuiduam uitae consuetudinem pertinet, contrahendo cum alia non ualet matrimonium propter deficientem consensum; unde nec copula que post sequitur quidquam ualet d. ca. si de spon. duo.

46 Hac enim & solutio infringitur, quod traslatio uel traditio uoluntatis per uerba de presenti, non tam potens est, ut illa que ex actu copulae oritur: quia duplex hic uinculum adsit, ubi unum tantum, quod considerat omnes relati interpretes. l. aff. & alij in d. l. quoties, & in d. ca. fina. & licet perfectum sit matrimonium, nihilque ei ad perfectione desit ut dixi comparatio. 3. non tamen dicitur consumatum. Verior & igitur solutio communis est, titulum scilicet in spiritualibus pro traditione esse, atque ex eo ius plenissimum transferri. Titulus & autem in hac specie causatur ex consensu, & uerbis de presenti inter coniuges dictis, quibus matrimonium perficitur. Et cum sit Sacramentum, & quid spirituale hoc sufficit, licet in profanis reb' aliud esset.

S V M M A R I V M.

1 Infantes contrahere non possunt.

2 Infantes contrahere non possunt matrimonium

3 Pupilli & minores qui aetatem attingunt pubertati proximam, contrahere possunt certo modo.

4 Minores qui annos excedunt 14. contrahere possunt.

5 Minores pubertati proximi contrahere matrimonium possunt.

6 Minor contrahens maior factus alienationem ratam habere potest tacite uel expresse.

7 Ratificatio minoris expressa uel tacite fieri potest.

8 Ratificatio minoris signis exterioribus fieri potest.

9 Ratificatio matrimonij a minore facti, signis

etiam dignoscitur.

10 Ratificatio matrimonij a minore facti, praesumitur, ut peccati praesumptio uideatur.

11 Sponsalia sacro Concilio Tridentino sublata non fuerunt.

12 Sponsalia quot modis contrahantur.

13 Sponsalia futurarum nuptiarum repromissio dicuntur.

14 Sponsus antiquitus speratus dicebatur, sponsa sperata.

15 Nuptiae praesentis temporis, dicuntur, sponsalia futuri.

16 Nuptiae praesentis temporis quando sponsalia efficiantur.

17 Matrimonium ab impuberibus contractum ualet in vim sponsaliorum.

18 Sponsalia qua re & uerbis de futuro contrahantur, ab aetate maioribus.

19 Sponsalia re & uerbis contracta annuli subarratione an in matrimonium transcant.

20 Cap. fina. de desponsa. impube. intellectus communis reiectus.

21 Despondere proprie quid.

22 Proprietas uerborum attendenda in dubio.

23 Meno. traditio subuersa.

24 Verba in potentiori significato intelligenda.

25 Menochij ratio confutatur.

26 Significatio potentior a uerborum proprietate ascendit.

27 Sponsalia ab spondendo dicta.

28 Sponsi appellatione maritus non continetur.

29 Sponsalia impuberum per uerba de futuro contrahi solent.

30 Annuli subarratione consensus conjugalis colligitur, cum tunc datur quando matrimonium uere contrahi solet.

31 Sponsalia de futuro in matrimonium transcant perfecta impubem aetate signis superuenientibus.

32 Sponsalia de futuro iuris praesensione qualia dicuntur.

33 Prouiso hominis fortior praesensione legis.

34 Cap. vni. §. idem quoque de desponsa. impube. intellectus ex Didaco.

35 Cap. vni. §. idem quoque de desponsa. impube. intellectus auctori.

36 Casus parificati equali iure terminandi.

37 Alius pronomen, similitudinem indicat.

38 Sponsalia ab impuberibus contracta, signis potestatis emissa in matrimonium transcant aetate perfecta.

39 Ruini opinio reprobatur, una cum Dida. Mescard. & Menochi.

40 Intellectus auctoris ca. vni. §. idem quoque de desponsa. impube.

41 Matrimonij materia fauonabilis.

42 Sponsalia contracta a minoribus septem annis maiori aetate superueniente, ex signis in matrimonium non transcant.

43 *Sponsalia a minoribus contracta etiam consensu coram parrocho, & solemnitate Concilij Tridenti. ex signis superuenientibus in matrimonium non transeunt, nisi nouus consensus detur.*
 44 *Consensus presumptus hodie sublatus.*

COMPARATIO. XIII.

MINOR CONTRAHENS ET alienans, quemadmodum maior factus alienationem ratam habere expressè & tacite potest; Sic minor sponsalia contrahens, & si non valeant, maior factus, rata signis habere potest. Et an hodie ex S. Tridentino Concilio.

1 **S**TATVERVNT veteres legulatores & infantes contrahere non posse, quia huius aetatis (ut Iustinianus ait) aut qui ei proximus est, non multum a furioso distat: nullum enim hi habent intellectum §. pupillus in §. de inuti. stipula. in princi. instit. de auctorita. tuto. & ita factum ut huius aetatis matrimonium contrahere eadem ratione nequeant l. in sponsalibus ff. de sponsa. cap. continebatur cap. attestaciones de despon. impub. cap. vni. de despon. impub. in 6. Porro. & pupilli, qui scilicet aetatem pertingunt pubertati proximam, qui aliquale habent animi iudicium possunt contrahere, vel patre, aut tutore auctore, vel sine eis, dum ad utilitatem & proprium eorum commodum contrahant d. §. pupillus & §. item inutilis vbi glo. inst. de inutil. stipula. l. contra iuris ff. de pact. l. in negotijs l. pupillum qui proximus, & vbi que Deci. & Cagno. de reg. iur.

4 Atq. magis ij qui annos excedunt quatuordecim & quos minores vsque ad vigesimum quintum annum leges dixerunt toto. titu. ff. de minor. recte itaq. contrahunt, & obligantur. l. tam ex contractibus ff. de iudi. l. filius familias in 2. ff. de actio. & obliga. l. quoties ff. de noxa. actio. quamquam his iura diuersi modè subueniant, si læsi fuerint, vel Senatus consulto Macedoniano, qui patrem habeant l. 1. & toto titu. ff. ad S. C. Macedonianum, aut si caruerint restitutione in integrum implorata l. 1. cum alijs ff. de mino. vel etiam tunc cum tutoris & curatoris potestatem experiretur. iure & canonico pubertati proximi matrimonium etiam contrahere possunt, atq. magis post eam aetatem d. cap. 1. de despon. impube. lib. 6. Sanè & quoties minor contrahit si maior factus venditionem, alienationem, seu contractum ratum habuerit, nequit postea restitui l. fina. c. si maior factus

aliena. ra. habere. vbi glo. Bart. Bal. Salicet. Bero. quest. 44. num. 5. Cauat. tracta. de tuto. & curat. num. 146. Menoch. qui alios tracta. de recupe. posses. remedio 15. num. 158.

7 Que & ratificatio expressè, & tacite fieri potest: de expressa nulla dubitatio est l. 3. §. 1. vbi glo. in verbo comprobauerit ff. de minor. l. 2. C. si maior fact. alie. ra. habu. tacite vero fit, vel per lapsum decem annorum inter presentes, aut 20. inter absentes, quoties alienatio titulo lucratiuo facta fuit, & in onerosis, lapsu quinquenni d. l. fin. & omnes supra citati.

8 Et quemadmodum & signis exterioribus minor maior factus sibi præiudicant, & nequit contractum irritare quoties signa hæc citra aprobationem illius fieri nequeunt, aut in minori, qui damnosam, dum minor erat hereditatem adiuit, & maior factus debitorum nomina exigit, aut credita soluit hereditatis l. 3. §. scio. ff. de minor. de cuius intellectu latissime differit idem Cauatca. qui videndus in d. tractatu a num. 75. vsque ad nu. 77. & nouissime Sfor. Odd. vir certe eruditissimus tracta. de restitu. in integ. par. 1. q. 25. artic. 5. & 6. Sic & in matrimonio, nam sponsalibus contractis inter impuberes, aut puberem & impuberem, quæ de presenti mente, & verbis contracta, iuris interpretatione de futuro esse intelliguntur, aetate perfecta adueniente, apta ad contrahendum matrimonium si nihil dictu sit, sed oscula sequantur, nixus copulæ, munera, amplexus, tacite consentur matrimonium contrahere: quod nisi citra ius & matrimonij titulum (vt peccati presumptionem submotæamus) fieri nequeant glo. & tex. sic communiter intellectus in d. cap. 1. §. 1. de despon. impube. in 6. vbi post Ioan. Andre. Gemi. Fran. & Ancharra. docent: inducitur enim, vt illi aiunt, ex perseverantia consensus. Respondit Ruin. cons. 51. num. 5. & 6. communem dicens Dida. qui alios et si impugnet in Epito. ad 4. par. 1. §. 2. num. 41. Fran. Mar. decisio. 704. num. 2. 1. part. Corset. singu. in verbo matrimonium Mascard. qui alios tracta. de probatio. tom. 2. conclu. 1029. a num. 1. Menoch. tracta. de presump. lib. 3. presump. 1. num. 50. 61. cum sequen. Brunel. tracta. de sponsa. conclu. 12. a nu. 1. Carre. tracta. de sponsa. c. 23. num. 14.

9 Questionis utilitas & maxime millies dicta & repetita occurrit, & memoranda, si enim sponsalia nihil facto Concilio immutatum si fuerit matrimonium secus, quemadmodum in terminis questionis proposite prior Azpil. docet in Manua. Confes. c. 22. n. 28. & ca. 25. n. 144. Mascard. d. conclu. 1029. nu. 1. Spin. in d. glo. 15. num. 61. vbi insertur etiam

Preno-

12 Prenotandum & vero prius est, sponsalia aliquando contrahi re, & aliquando verbis de futuro, qualia sunt quæ ab ætate maioribus, puberibus, & alijs contrahuntur, quibus alteri spòdet matrimonium inire: hæc enim proprie & sponsalia dicuntur futurarum nuptiarum repromissio l. 1. ff. de sponsa. & ab sponsione nomen sponsus & sponsa accipiunt l. 2. cod. tit. ca. nostrates 30. q. 5. Hincq. & veteres spòsum & sponsam, speratum vni, alteram speratam nuncuparunt: quemadmodum Nonius Marcellus, & alij quidam scribunt, Atq. & hinc etiam nuptiarum, & sponsaliorum discrimen constituitur, quod nuptiæ presentis temporis, sponsalia in futurum conceptis verbis iniri soleant cap. vni. §. idè de despon. impube. in 6. Et si & quædoq. maris & femine consensus ad presentis tempus relatus vim præfert sponsaliorum, & contingit, quoties legitimum ætatis tempus nuptijs impedimento est d. cap. vni. §. idem de despon. impube. Et quia uti agit non valet, uti consistere possunt iuris interpretatione sustentunt d. cap. vni. §. idemq. cap. a nobis de despon. impube. ex argumento l. si tam angusti ff. si ser. vindic. l. sceuola ad S. C. Trebell. Et ideo matrimonium ab impuberibus contractum iure interpretante, et si vt matrimonium non valeat, valet eo modo quo potest, vt sponsalia scilicet d. cap. vni. expectanturq. futurum tempus cap. attestaciones vbi omnes de despon. impube. Azpil. conf. 1. num. 1. de despon. impube. lib. 5. refert ex nostris & Theologis multis. Sanch. de Matri. lib. 1. disputa. 18. a num. 1.

13

14

15

16

17

18 Prima & sponsaliorum species, quæ re & verbis de futuro contrahitur ab ætate maioribus, per amplexus, oscula, munera, annuli subarrhationem, nixum copulæ traductionem ad domum, & his similia, in matrimonium non transeunt cap. 1. de matrimo. contrac. con. inter Ecclesie vbi Ioan. Andre. & Panor. Corset. singu. verbo matrimonium Innocent. in cap. fina. de sponsa. Gemi. Fran. Anchar. & alij in cap. 1. §. 1. de despon. impub. lib. 6. Alex. conf. 153. in fine lib. 5. Ruin. consil. 203. num. 1. lib. 1. Parisi. conf. 62. lib. 4. Deci. conf. 368. num. 2. Dida. in Epito. ad 4. 1. par. cap. 4. §. 2. num. 2. Fran. Mar. decisio. 704. num. 2. 1. part. Mascard. tracta. de proba. conclus. 1029. tom. 2. num. 2. Menoch. d. presump. 1. num. 62. Carre. tracta. de sponsa. cap. 12. 13. & 14. Brunel. tracta. de sponsa. conclus. 12. a num. 1. Matien. in glo. 1. rubr. tit. 1. lib. 5. ordina. num. 57. & addendi alij quos supra retuli comparatio. 11. cum duabus sequen.

19 Contrariam & sententiam tenuerunt Ant. de Butr. & Præposi. in cap. fin. de despon-

10 fatione impuberum, qui eo adducti re idocuerunt, sponsalia hæc re & verbis de futuro, annuli subarrhatione, in matrimonium transire, ex d. cap. fina. de despon. impuberum verbis illis *desponsauit, qui subarrhauit eandem consensu mutuo accedente*; & licet prior sententia, receptior sit, & eandem d. compara. 11. & sequen. tenuerim, negari tamen nequit quin ea suspecta sit nam intellectus & communis Innocent. quem Dida. Menoch. Carre. & alij modo adducti referunt res pondentes d. capiti finali, vim litteræ inferri desponsauit (inquiunt illi) intelligendum per verba de presenti, nam in primis proprietati verborum refragatur, cum desponsare & proprie vt antea dixi futurum tempus spectet, & sponsalia ea proprie dicuntur quæ nuptias futuras respiciunt; a verborum & autem proprietate in dubio recedendum non est, l. non aliter cum similibus de leg. 3. Rursus si ea verba de presenti intelligenda forent, nullam tex. dubitationem contineret: quis enim potest dubitare sponsalia de presenti cum annuli subarrhatione, mutuo (vt ille ait tex.) contrahentium consensu contracta in matrimonium transire, cum verba quæ præcedunt de presenti aptissima sint, & annuli traditio subsequata id rursus confirmet, quemadmodum scripsi supra compara. 11. a num. 1. & quia duplex illic vinculum adfuit, sponsionis vt opinatur communis per verba de presenti, & subarrhationis annuli in continentia, quæ fortius operatur ad ea quæ omnes in l. ballista ff. ad S. C. Trebelli.

20

21

22

23 His Menochij & consideratio in tuitione communis adducta subuertitur, qui existimauit verba d. cap. fina. (*scilicet desponsauit*) de presenti concepta fuisse; quia & in potentiori significato sint intelligenda l. 1. §. qui in perpetuum cum vulgat. ff. si ager. vectiga. & potentior est significatio in verbis de presenti cum fortius sponsalia adstringant, quam de futuro: nam & ratio hæc nullius certè momenti est, & argumentatio illius aduersus eundem facitè retundi potest, quia et si verba in potentiori sint sumenda significato, id verum vt modo dixi, dum proprietates recti sermonis salua sit, secus aliter.

24 Et potentior & significatio ea dicitur quæ a verbi proprietate digreditur, & cum ethymologia conuenit ex Bartol. & aliorum sententia quam dixit communem Camill. in commenta. de verbo signifi. lib. 2. cap. 2. nu. 11. Et sponsalia & ab spondendo dicta futuras nuptias indicant d. l. 1. & 2. de sponsa. & proinde sponsi appellatione maritus non continetur, nec è conuerso l. si quis officium de rit. nupt. l. solet ff. de his qui notan. infam. l. non sine C. de bon. quæ liber.

His

29 His accedat & ut plurimum impuberes ubi sponsalia contrahunt, verbis de futuro non autem de presenti ea cōcipere propter aetatem, quae sponsalibus de presenti aditipulatur cap. 1. cum suis §. de despon. impube. li. 6. Fatentur & vero omnes veram Butrij & Prepo. sententiam, quoties ex annulli subarrhatione consensus coningalis colligeretur, quod tunc contingit, quando annulus datur tunc tantum cum dari solet eo tempore, quo vere matrimonium contrahitur, quemadmodum ego praeter alios declaravi d. compar. 1. 1.

30 Sanè & sponsalia iuris interpretatione de futuro in matrimonium transeunt, quando aetate perfecta signa superveniunt: qualia supra memoravimus, sic sentit gloss. in d. cap. 1. §. 1. de despon. impube. omnes in d. cap. attestations de despon. impube. ex. Gemina. Fran. & Ancarra. in d. cap. vni Socin. conf. 28. num. 4. lib. 4. Ruin. conf. 203. nu. 2. lib. 1. post Aretin. conf. 142. num. 7. & Deci. conf. 368. num. 2. Gozadi. conf. 2. num. 12. Parisi. conf. 51. lib. 4. Mascard. d. conclus. 1029. num. 3. & 4. Menoch. d. praesump. 1. num. 64. Dida. supra num. 3. & 4. Spin. tracta. de testam. glo. 15. num. 61. ad medium Constan. tract. de sponsa. cap. quib. mod. sponsa. contrahant. num. 2. Matien. in d. glo. 1. num. 57. Carre. tracta. de sponsa. cap. 14. dixi comparatio. 1. 1. declara. 3. & nunc. supra post prin.

31 Communis hac est sententia a qua nec ipse diceffi, sed eam suspectissimam esse video ut nō iniuria Dida. noster validissimis quinque rationibus adductis ab ea recesserit: quibus addiderim ipse & sponsalia hac iuris interpretatione de futuro cēseri, quoties matrimonium ab impuberibus fuit contractum, id autem iuris prouisione ut omnes affirmat tacita. Sequitur & quod cum hominis prouisio expressa fortior sit legis tacita l. fina. vbi glo. C. de pac. conuen. l. & habet §. cum quis ff. de preca. & iuxta receptiorem horum omnium sententiam huiusmodi signa supervenientia post sponsalia a maioribus cōtracta, non ea faciunt in matrimonium transire, multo minus certè ubi sponsalia contracta tantum fuerint iuris interpretatione tacite, quia fortius stringerent, quam expressa quod absurdum esset; nam debiliora sunt hęc sponsalia iuris interpretatione a minoribus contracta, quam ea sunt, quae a maioribus contrahuntur. cap. de illis in. 1. de despon. impube. ex.

32 Hac tex. & in d. cap. vni. §. idem quoq. facit, cui recte Dida. respondet & praeter eum, cum tex. & velle copulam vel alium modum efficere ut sponsalia iuris interpretatione a minoribus contracta in matrimonium tran-

36 seant, de eo modo verba intelligenda sunt, quae copulae adaequantur, ut equali & iure casus parificati iudicentur l. iam hoc iure ff. de vulga. & pronomen, & Alius in omnibus similitudinem indicat, & paritatem cap. 2. ubi ceteri in verbo, alię probationes, de probat. praecipue Aretin. in 2. Notab. Tirac. in ll. connubia. glo. 5. num. 48. qui alios refert & antea num. 28. Nec vllus est modus, qui copulae parificetur, ex his quos illi memorant, Nixus copulae, munera, subarrhatio, cum signa sunt equiuoca ut milles dixi.

37 Data autem veritate & receptioris sententiae declaranda est; primo ut procedat quoties signa illa fuerint emissa aetate iam perfecta, secus imperfecta, & si proxima pubertati, & licet malitia aetatem supleret. Innocen. Anton. de Butr. Prepos. & ceteri in d. cap. attestations de despon. impube. Mascard. d. conclus. 1029. num. 3. qui Aretin. citat conf. 142. num. 7. & Ruin. conf. 203. num. 5. lib. 1. Dida. qui etiam alios in d. §. 2. nu. 4. Meno. d. praesump. num. 65.

38 Ceterū & displicet Ruin. opinio in d. conf. 203. num. 2. & 5. qui ut dixi, aperte docet, quem Dida. supra Mascard. & Menoch. sequuntur, ita necessariam fore pubertatem ut ante id tempus nec si malitia aetatem supleret, huiusmodi signis sponsalia in matrimonium transirent eo adducti tex. in d. §. idem quoq. verbis (ad pubertatis tempora peruenisse constiterit euid. nter) his verbis volunt aetatem omnino perfectam requiri, adeoque Bart. in l. si cui legetur de leg. 1. Nam & hęc opinio manifeste eodem §. conuincitur in illis principio, in quo Roma. Pontif. expressim impuberes excipit, quorum malitia aetatem supplet, ut glo. ibidem animaduertit in verbo suplebat. Neq. verisimile est voluisse Pontif. incontinenti se ipsum corrigere l. nam ad ea de conditio. & demonstratio quare ea verba, quae ad pubertatis tempora peruenisse &c. ita declaranda sunt, ut priora non corrigant, sed ab his interpretentur, ut idem sit quoties malitia aetate supletis enim & si impubes nomine sit, re tamen pubes est, qui eadem cum puberibus aequaliter possit, atq. hac ratione Bart. traditio vitatur, nam equiparata sunt hęc eodem illo tex. & in vno dictum in alio repetitum censetur glo. in l. quod vero contra ff. de legi. glo. in l. si quis seruo periuaserit C. de furtis cap. translato vbi Panorm. & ceteri docent de confit. l. ass. in l. Marcellus num. 27. ad S. G. T. Rebel. maxime & cum simus in materia fauorabili matrimonij & in ea fiat extensio cap. fin. de senten. & re iudica.

39 Declara secundo & quando sponsalia fuerunt contracta a minoribus septennio, nā hęc adue-

adueniente maiore aetate ex signis anterioribus non transeunt in matrimonium, quemadmodum post antiquiores resoluunt Dida. & Meno. supra.

43 Declara & tertio ut hęc procedant attentio iure veteri, secus nouo Sacri Conci. Trid. nam licet impuberes sponsalia in eum modum contraherent, licet etiam consensum tunc coram parrocho, & duobus vel tribus testibus iuxta Sacri Concilij decretum interponerent, adhuc adueniente pubertate sequuta copula, & signis superius adductis, non esset verum matrimonium nisi per verba de presenti denuo contraherent, & mutuū consensum ostenderent coram parrocho, & testibus: quia cum ab his antea emissa verba de presenti in sponsalia de futuro resoluantur, expressus non fuit tunc consensus coniugalis iuxta formam Sacri Concilij, denuo igitur exprimendus erit. Porro & tacitus signis & muneribus subsequens praesumptus dicitur, & hic hodie omnino sublatus est, sic resoluit verbosissime, ut solet Matien. in d. glo. 1. nu. 57. vers. quod his rationibus faciunt, quae ex Mascard. & Spin. supra relatis tradidi in vers. questionis utilitas de his; post hęc scripta tradit multa Sanch. lib. 1. de matri. disp. 21. a nu. 1. & disputa. 51. & sequenti.

SVMMARIVM.

- 1 Confessione propria nulla alia firmior probatio est.
- 2 Confessio nō est probatio, sed releuatio ab onere probandi.
- 3 Confessione probatio maior quolibet publico instrumento.
- 4 Confessio omnium probationum antistes.
- 5 Confessione res notoria efficitur.
- 6 Confessionem aduersus propriam, nemo venire potest.
- 7 Confessio superat omne genus probationis.
- 8 Confessio dicitur firma probatio.
- 9 Confessione nulla maior probatio.
- 10 Confessio tollit vitium nullitatis.
- 11 Confessio obligat in iudicio.
- 12 Confessio condemnatis equiparatur.
- 13 Confessione aduersus, non admititur probatio.
- 14 Confessio dicitur melior probatio.
- 15 Confessio ubi adest, ibi & relaxatio iuris.
- 16 Confessionis probatio nūquā censetur reiecta.
- 17 Confessione matrimonium probatur.
- 18 Confessione coniugum asserentium se sponsalia contraxisse creditur.
- 19 Assertioni consentientium in his, quae ab animo pendent statuitur.
- 20 Corrasij, & Menochij ratio reiecta.
- 21 Fictio veritati praeualere non debet.
- 22 Contraria duo in eodē subiecto esse nō possunt.

23 Auctoris consilium in consentientibus se sponsalia contraxisse.

24 Confessione coniugum circa dissolutionem sponsaliorum, & si iuratorum statuitur.

25 Sponsalia solo consensu contrahuntur, & contrario dissoluantur.

26 Sponsis asserentibus impedimentum creditur, maxime ubi adest causa.

27 Assertioni sponsi de impedimento, qui tamē desiderat sponsalia creditur.

28 Menochij & Mascard. traditio confutata.

29 Confessio de spū dētū sola per se nihil prodest.

30 Confessione coniugum matrimonij probatur.

31 Confessio vnius ex coniugibus, qualem fidem faciat.

32 Probationes duae semiplenae quando in matrimonio plenam efficiant.

33 Confessio parte absente facta & duobus probata testibus, semiplenam efficit probationem.

34 Confessio extraiudicialis de equitate canonica testibus singularibus probatur.

35 Confessione coniugum quo ad penam vitandam statuitur.

36 Confessione coniugum de matrimonio inter eos celebrato non statuitur, attento iure nouo sacri Concilij Trid.

37 Confessione coniugum in quibus casibus stari possit, attento iure nouo Concilij Trid.

38 Confessione coniugum cur non statur secundū Menoch.

39 Confessione coniugis de matrimonio contracto statuitur aduersus eundem consentientem.

40 Confessio coniugum pro matrimonio est fauorabilis.

41 Confessio coniugum aduersus matrimonium est odiosa.

42 Confessione coniugum aduersus matrimonium, etiam stante rumore vicine, non statuitur.

43 Confessione matrimonij spiritualis aduersus professionem, non statuitur.

44 Confessione coniugum asserentium valere matrimonium praesens aduersus aliud matrimonium, non statuitur.

45 Confessione coniugis asserentis impedimentum quando agitur de separatione thori, quomodo statuitur.

46 Querella simul cum confessione coniugis de admissio adulterio, facit plenam probationem.

47 Confessio delicti per se sola non facit probationem ad condemnandum.

48 Confessio delicti & facti transeuntis concurrentibus alijs, facit plenam probationem.

49 Cap. ex litteris de divor. intellectus auctoris.

50 Cap. intelleximus de divor. sensus.

51 Can. quod Deo patri 33. quest. 5. intellectus.

52 Iudices cautos esse oportet, cum de separatione thori agitur.

53 Ratio communis euersa.

54 Confessione coniugum asserentium impedimentum

- 55 *Arbitrium iudicis plurimum posse circa confessiones coniugum assertentium impedimenta.*
- 56 *Communis opinio sublata.*
- 57 *Can. si duo 35. q. 6. intellectus nouus et verus.*
- 58 *Lex vel statutum de viris loquens foeminas non continet.*
- 59 *Communis sententia reprobat.*
- 60 *Probationes graues in re graui requiruntur.*
- 61 *Intellectus d. Can. si duo secundum Abbatem antiquum.*
- 62 *Confessione coniugis desiderantis matrimonium & consentientis impedimentum creditur.*
- 63 *Opinio communis confutatur.*
- 64 *Consentientis impedimentum in foro anime creditur.*
- 65 *Assertioni consentientis aliquid in foro anime, fides datur.*
- 66 *Consentientis aliquid in foro anime creditur, in his quae sunt pro se & contra se.*
- 67 *Confessione coniugum assertentium impedimentum & volentium ingredi religionem creditur.*
- 68 *Coniunx vnus inuito altero ante carnalem copulam, ingredi potest religionem.*

COMPARATIO XV.

PACTA CONTRAHENTIVM
Confessione probantur, Matrimonium itidem, An autem vnus vel amborum coniugum confessio exquiratur, quidq; attento iure nouo sacri Concilij Tridentini, plena manu declaratur.

CONFessione, aliam nullam sub sole firmiorem esse probationem, Iulianus prodidit in l. fin. C. de non numerata pecu. ad stipulatur tex. in l. fin. C. de fideicom. l. & generaliter §. & si quidem C. de rebus credi. & dicitur probatio probata Grama. decis. 36. num. 66. Socin. iuni. consil. 39. num. 18. lib. 2. Menoch. tracta. de recupe. possessi. remed. 1. n. 118. idē tract. de presump. lib. 1. quest. 61. num. 8. & num. 6. scribit quod non esse probationem sed reuocationem potius, quandam ab onere probandi l. cum qui in principi. ff. de iur. iuran. Et dicitur maior quouis publico instrumento Crauet. qui alios consil. 61. num. 3. consil. 121. num. 4. Menoch. d. remedio. 1. num. 217. egregie Alban. ad Bart. in l. vni. ff. de offic. consu. nu. 9. cum sequen. post Panor. Berol. & Deci. in rub. ex. de proba. Alcia. tracta. de presump. 2. par. in principi. num. 8. quibus addendus Mascard. qui fusa tracta. de probatio. tom. 1. quest. 7. a num. 1. cum seq.

vsq. ad finem quibus addendus Crauet. consil. 1000. num. 81. lib. 6. in color. qui ibi pulcre et confessionem fore omnium probationum antistitem, & ibidem num. 42. in conditionibus, instrumentis, & presumptione iuris & de iure maiorem; Et confessione rem notoriam fieri num. 224. ea dominum probari num. 55. ad excludendam presumptionem iuris & de iure prodesse n. 35. Et aduersus et propriam confessionem, quam posse obstrepere super vacuum num. 11. qui ibidem multis exornat. & consil. 987. num. 51. eod. lib. 6. Triuisan. decis. 46. num. 4. lib. 2. qui & notorium facere scribit. et Superat omne genus probationis, scribit post alios Surd. decis. 10. num. 12. aequialet instrumentum, Gu-tier. li. 1. practi. quest. quest. 124. n. 9. Dicitur firma probatio Andr. Gail. lib. obserua. 2. obserua. 106. num. 2. Et ea nulla maior. Iosep. Ludo. decis. Perusin. 17. num. 17. confessio tollit. et omne vitium nullitatis Osaf. decisio. 109. nu. 13. et obligat in iudicio, quia in eo quasi contrahitur idem Osaf. decisio. 134. num. 3. & ab ea actio & obligatio oritur, idem d. decisio num. 4. et oris confessio condemnatis aequiparatur. et nec aduersus eam admittitur probatio Vini. decisio. 409. num. 10. lib. 4. et dicitur melior probatio Fran. decis. 220. num. 6. 1. par. est maior quolibet documento publico & quibuscunq. dispositionibus testium, et ubi adest confessio ibi relaxatio iuris, & omnis probationis Iosep. Ludo. decis. Lucan. 5. n. 50. f. 52. 53. et rejecta nunquam censetur & quandocunq. opponi potest, idem d. decisio. n. 44. & 48. vincit quamcunq. probationem Hiero. Lauren. decisio. 67. n. 8.

17 Ita fiet et vt matrimonij etiam contractus coniugum confessione probetur glos. insignis in verbo confessionem in cap. super eo de eo qui cog. consangu. vbi idem Panor. num. 2. & ante cum Hostien. in summa de sponsa. §. qualiter contrahantur col. 2. versu. Sed si ambo consententur Deci. qui alios consil. 163. n. 7. Gara. inter consilia matrimo. consil. 16. nu. 9. Parisi. consil. 13. num. 15. lib. 2. Roma. singular. 620. idem Deci. consil. 133. num. 1. Curt. iuni. consil. 27. num. 2. Soci. iuni. consil. 82. n. 9. lib. 2. Menoch. de arbitra. iudi. qq. lib. 2. casu 103. num. 4. Mascard. tracta. de proba. 2. part. conclus. 1026. num. 1. idem. Men. tracta. de presump. lib. 3. presump. 1. num. 10. & 17. Vini. opini. 493. num. 3. Dida. in epitom. ad 4. 1. par. cap. 4. §. 1. num. 4. & 5. dixi supra comparatio. 10. versu. subinfertur. Et quoniam questio haec in aliquibus casibus utilis esse potest etiam iure hodierno, de ea diligenter agendum est, quamquam id ipsum nouissime Meno. & Mascard. prestiterint. Huius itaque inuestiga-

inuestigationis inspectio duplex erit, prima circa sponsalia versabitur matrimonium secunda respiciet.

18 Prioris et regulam constituunt interpretes, credi sponsis assertentibus se sponsalia contraxisse, quia cum solo consensu contrahantur l. 4. ff. de sponsa. Bart. & omnes in l. 1. ff. de verborum obligatio. nihil mirum si eorum stetur assertioni, dixi, & rationem reddidi supra comparatio. 10. versu. subinfertur.

19 Quia et in his quae ab animo pendent statur assertioni consententium. Aliam vero ex Coraf. lib. Miscella. iur. 3. capit. 4. rationem Menoch. scribit: *Nam inquit si vir & mulier fatentur sponsalia contraxisse etiam si verum non esset id, attamen eo ipso quod hoc asserunt contrahere videntur.* Quam etiam rationem sequitur ad superiorem regulam Mascardus tractatu de probationibus. tom. 3. conclusione. 1331. numero quarto ad medium.

20 Sed haec et ratio vera non est & si regula sic quoniam non entium nullae sunt partes neque potentiae leg. eius qui. ff. de re credi. cum vulga. at si non precesserint sponsalia sola assertionem viri, & mulieris affirmantium se inuicem ea contraxisse, contrahere non dicerentur: preualeret et enim fictio veritati leg. filio quam pater ff. de libe. & posthum. & cum sponsalia verbis futurum tempus spectantibus contrahantur leg. 1. ff. de sponsal. dixi supra comparat. 14. versu. contrariam sententiam, ex assertionem coniugum affirmantium se contraxisse qui non contraxerunt, contraherentur sponsalia per verba preteriti temporis, quod quam absurdum sic nemo non videt. atque esset et implicare contradictionem in eodem actu aduersus iuris regulas dixi Explora. iur. lib. 4. capit. primo, numer. 1. & sequentibus.

23 Nec quidquam et facit sponsalia solo consensu contrahi, nam aliud est contrahere sponsalia, aliud asserere contraxisse l. in bona fidei ff. de eo quod cer. loc. l. si sterilis §. penult. ff. de actio. emp. dixi supra comparatio. 2. in princip. consensus igitur ille sponsaliorum de mutuo intelligendus est cum sponsalia celebrantur, & ex assertionem illa non presens aut futurus sed preteritus emittatur sponsaliorum actus qui vere non fuit celebratus; tutius igitur facturos existimarem asserentes, se contraxisse sponsalia quavis occasione & causa id faciant, si cum assertionem de preterito asserendo se contraxisse, asserant etiam se denuo paratos contrahere, his enim verbis sponsalia perficerentur dicta l. 4. cum simil. non tamen negauerim eis

fore credendum propter primam rationem.

24 Extenditur et primo regula, vt etiam vindicet, quoties ageretur de dissoluedis sponsalibus, et si iuratis, & sua ambo attestatio- ne faterentur se ea dissoluisse: et quoniam cum solo mutuo consensu contrahantur, solo itidem dissoluantur leg. nihil tam naturale de regulis iuris tex. in cap. 2. vbi Panormitan. Anton. Imo. & ceteri ex. de sponsal. Dida. qui alios in Epitom. de sponsal. 7. par. capit. 5. numer. 1. qui communem Matien. libro quinto, glos. 1. rubric. titul. 1. num. 45. Pala. Rube. in rubic. de donatio. inter vir. & vxor. §. 45. Mascard. tractat. de probatio. 2. part. conclus. 1031. num. 17. Trinif. decisio. 9. num. 5. lib. 1. Brunel. tractat. de sponsal. conclus. 9. num. 1. Car- rer. tractat. de sponsal. capit. effectus sponsaliorum numer. 8. Graphi. 2. part. decisio. lib. 1. capit. 12. num. 52. Azpil. consil. 3. titul. de desponsal. impube. numer. 3. Menoch. dicto casu 103. num. 3. Mascard. dicta conclus. 1031. num. 18. Sanchez de matrimo. libro primo, disputat. 72. num. 2. & 3.

26 Extende secundo, et vt eadem ratione procedat quoties ambo spoli eo pretextu quod impedimentum affore assererent dissoluere vellet sponsalia, nam ex creditur Panormitan. in capit. super eo. numer. 5. de eo qui cogno. consanguini. quia nudus consensus contraria potest voluntate remitti, vt modo dixi, & scribit Panormitan. supra & Menoch. dicto casu 103. num. 2. versu. secundus casus; aptior autem alia ratio est, quia si solus nudus consensus sine causa id potest quanto magis quoties causa allegatur argum. l. iuris gentium §. sed cum nulla ff. de pactis & leg. 2. §. circa ff. de dol. mal. met. ve. exceptio.

27 Extende et tertio ex eiusdem Panormitani, & Menochij sententia supra, quoties vnus ex his qui sponsalia desiderat impedimentum fateretur, nam eo casu ei fides danda esset, ita ex Panormitano, & Menochio supra numer. 3. versu. quarto casus qui eam subiungit rationem, quod asserenti aliquid contra se creditur, cum possit sibi ipsi preiudicare, sequitur eo non relato Mascardus tractatu de probationibus 2. par. conclus. 1031. num. 8.

28 Quae et tamen traditio omnino displicet, nam aut ambo fatentur impedimentum, & tunc casus nullam continet dubitationem: aut vero vnus tantum illud fateretur, & alter negat, & eo casu non est ei credendum in preiudicium alterius ex sententia eiusdem Panorm. &

29 vera in dicto cap. super eodem num. 5. Nam
 † confessio ut ille ait perse nihil prodest can.
 1. 24. quæstio. 2. & quia esset testis in causa
 propria toto iure interdictum l. vni. C. ne-
 quis in sua cau. leg. qui iurisdictioni de iuris.
 omni. iudi. quæ ratio militat, siue stet pro spõ
 salibus confitens siue non.

30 Altera inspectio † matrimonium concer-
 nit in qua hæc regula constituenda est; con-
 fessione coniugum matrimonium probari
 ut supra versic. ita fiet, dixi comparatio. 3.
 versic. quartus casus, & versic. quintus ca-
 sus, & comparatio. 10. versicul. subinfer-
 tur necessario, vbi alios recensui, & rationem
 adduxi communem, quia cum matrimonium
 solo consensu perficiatur l. nuptias de regul.
 iur. cap. sufficit. 27. quæst. 2. probabit assertio,
 quia in dependentibus à mera voluntate cui-
 libet sic credendum ut ibi dixi, & Menoch.
 scribit in dicto casu 103. num. 4. & 5. maxi-
 mè vbi assertio foret iurata, ad tradita per
 omnes in capit. significasti per illum tex. de
 homici. ornat. Patia. tracta. de probat. lib. 1.
 cap. 39. n. 9.

31 Extendit Mascardus † dicta cõclus. 1026.
 num. 2. regulam, etsi huiusmodi confessio
 per vnum tantum testem probata foret ab
 vno ex coniugibus emissã, & alter de matri-
 monio deponeret ex sententia Iaco. Leo. in
 ter consilia matrimon. consil. 51. num. 5. &
 Marti. Gara. inter eadem consil. consil. 16.
 num. 14. monentur ex traditione Barto. in l.
 apmonendi ff. de iur. iur.

32 Animaduertit † & rectè Mascard. Barto-
 lum solum affirmare duas semiplenas vnani
 plenam efficere, veluti quoties adest testis
 vnus, & cum eo confessio facta parte absente
 probata duobus legitimis testibus, con-
 sequenter si vnus tantum testis de dicta con-
 fessione testaretur non esset probatum ma-
 trimonium, & licet Mascard. nullum præter
 Bart. adducat, Bartoli tamen doctrina fre-
 quentius recipitur ex l. cum de indebito §.
 fin. ff. de probat. & l. quoniam, & ibi glos. ff.
 de his qui notan. infra. l. certum §. si quis ab-
 sente vbi idem Bart. ff. de confes. Quibus †
 constat confessionem parte absente factam
 duobus probatam testibus semiplenam effi-
 cere: & Bart. traditionem sequuntur com-
 munitèr ibi cæteri Alexan. Iass. Rip. Anton.
 de Butr. & Imol. in capit. fina. de iure iuran.
 Alexan. consil. 24. num. 40. lib. 2. consil. 212.
 num. 22. lib. 6. consil. 115. num. 2. lib. 7. Na-
 ta. consil. 260. num. fina. lib. 2. & communem
 testatur Corne. cons. 113. littera G. lib. 1. &
 ab ea in iudicando non esse recedendum di-
 xit Iass. in dicta leg. admonendi num. 149.
 Cror. cons. 85. num. 10. Duen. regu. 4. & re-
 gu. 120. Maran. de ordi. iudi. sexta parte tit.

de Confes. §. quintus actus Afflict. decisi. 12.
 num. 2. Parisi. consil. 120. num. 4. lib. 1. Cra-
 uet. tracta. de antiquit. tempor. par. 1. sectio-
 ne, viso de verbis num. 45. Ioseph. Ludou.
 decisio. Perusi. 82. num. 1. & 2. Gabriel in
 commun. titul. de Confes. conclusio-
 ne 1.

34 Etsi † de æquitate canonica hæc confessio
 extra iudicialis posset probari testibus sin-
 gularibus deponentibus de diuersis confes-
 sionibus, licet de iure civili minimè Ioseph.
 Ludou. decisio. Perusi. 9. num. 4. 5. & 6. cum
 alijs coniectis per Cauatca. decisio. 19. num.
 23. 1. par. & ita iudicatum affirmat Riminal.
 iunior. consil. 480. num. 13. 14. lib. 4. & Mas-
 car. idem dicta conclus. num. 5. in matrimo-
 nio loquens.

35 Extendit † secundo idem Mascard. 5. num.
 3. procedere etiam quoad vitandam penam,
 sicuti ijs contingit, qui cum mulieribus de-
 prehendantur, qui asserunt inuicem se ma-
 trimonium contraxisse ex glos. singulari in
 leg. penultim. ff. de fideiuslor. citat Bart. in
 leg. vnic. C. de Confes. & Lanfran. in capit.
 quoniam contra falsam, verbo confessiones
 num. 18. de probatio. dixi comparatio. 10.
 versic. subinferitur necessario, vbi alios plures
 recensui quos vide.

36 Restringit † duobus modis idem Mascard.
 qui cum hodie superflui sint, non puto recen-
 sendos: sed declarandam existimo priorem
 regulam, & omnia dicta supra ne procedant
 de iure nouo Sacri Concilij Tridentini, quo
 cum certa solemnitas requiratur, quævis con-
 fessio vel assertio coniugum nequit matri-
 monium efficere, quemadmodum docui su-
 pra comparatio. 10. versic. Hodie sacri Con-
 cilij decreto vbi Menoch. & Tiber. Decian.
 adduxi, & præter eos idem affirmat Matien.
 in glos. 1. rubric. num. 53. ad medium qui &
 ibidem ratione confirmat titul. 1. lib. 5. or-
 dinatio.

37 Possunt tamen † & iure hoc nouo, casus
 occurrere in quibus post contractum matri-
 monium in forma sacri Concilij, confessio-
 ni coniugum aduersus matrimonij contra-
 ctum, quoad dissoluendum, vel separandum
 dari posset: Etsi enim regulariter huiusmodi
 confessio aduersus illud nihil possit, etsi
 ambo conformes id insisterentur iuxta tex.
 & glos. in cap. super eo de eo qui cogno. con-
 sang. vbi Panormit. Anton. & cæteri notant
 idem Panorm. & alij in capit. lator & in cap.
 tenor de re iudi. & cap. iuratur de probatio.
 Deci. consil. 133. Dida. qui alios in Epito. ad
 4. part. 1. capit. 4. §. 1. num. 3. Maluet. inter
 consil. matrimonialia consil. 87. numer. 2.
 & qui alios Mascard. dicta conclusio. 1026.
 num. 7. Menoch. tractat. de presump. lib. 3.
 presump.

presump. 1. num. 10. Idem. de arbitra. iudi.
 qq. casu. 103. num. 8. in versic. tertius casus
 Brunel. tracta. de sponsa. conclus. 29. num. 1.
 Fran. Mar. decisio. 754. & communem asse-
 rit Iacob. Can. inter consil. matrimo. consil.
 19. num. 3. Mascard. tracta. de probat. 2. tom.
 conclus. 1021. num. 29. Azpil. consil. 8. num. 3
 sub titul. de sponsa. dixi comparat. 3. versic.
 quartus casus vbi & Didac. opinionem con-
 futauit, & nouum ad tex. in cap. attestaciones
 de desponsa. impub. censum prodidi.

38 Menoch. † dicto casu 103. eam reddit ra-
 tionem quoniam cum non sit in eorum pote-
 state matrimonium dissoluere, ut quia quos
 Deus coniungit homo nõ seperat, eorum as-
 sertioni standum non est l. si forte vbi Barto.
 de cas. pecu. quam etiam rationem reddit in
 dicta presump. 1. nu. 12. quæ non placet, nam
 tex. in l. si forte loquitur de confessione facta
 inter personas generaliter prohibitas cui nõ
 creditur nisi aliter probetur veritas confes-
 sionis ut ibi Bart. declarat. & tex. similis in l.
 si donatione vbi glos. & omnes C. de colla.
 l. qui testamentum ff. de probatio. l. cum quis
 decedens §. titia de leg. 2. ornat. Crauet. tra-
 cta. de antiqui. tempor. 1. par. sectio. Preposi.
 nu. 63. 64. at in hac specie nulla est prohibi-
 tio generalis quinimo cum contrariorum ea-
 dem sit disciplina, quemadmodum cõfessio-
 ni coniugum pro matrimonio statur ut supra
 conuerso ordine videretur aduersus matri-
 monium argum. l. nihil tani naturale de re
 iur. capit. 1. de reg. iur. & multi sunt casus in
 iure in quibus quoad dissoluendum & sepa-
 randum saltim thorum creditur quos modo
 adferemus.

39 Et statur confessioni coniugis contenden-
 tis matrimonium esse contractum, & valuisse
 in preiudicium sui ipsius aduersum matrimo-
 nium glos. & tex. in capi. attestaciones verbo
 euasisse de desponsa. impub. Alij aliam in
 dicto capit. super eo rationem reddunt quæ
 non displicet, quæ & ex eodem tex. desumi-
 tur, non credi quia hoc modo de matrimo-
 nio male contenti coniuges in dies interse
 colluderent, & illud dissoluerent, & malitijs
 hominum est obuiandum l. in fundo cum si-
 mili. de rei vendica.

40 Sed verior hæc est ultra alios, † quia asser-
 tionem coniugum pro matrimonio deponentium
 est tota fauorabilis & consentientibus, & Rei-
 publicæ cuius interest matriamonia augeri, &
 liberis hominibus ciuitates repleti, ad ea que
 omnes in l. 1. ff. solut. matrimo. propterea in
 dubio pro matrimonio est iudicandum cap.
 fina. de senten. & re iudi. latè Mascard. tracta.
 de probatio. 2. par. conclus. 1023. a num. 1.
 cum sequent.

41 At † confessio aduersus vinculum matri-

monij est omnino odiosa, primo quia presu-
 mitur collusio dicto capit. super eodem. Se-
 cundo quia consentitur de ea re quæ in ipso-
 rum potestate non sit ratione sacramenti indi-
 solubilis de quo ipsi disponere nequeunt, eo-
 dem cap. super eodem, & dixit doctissimus
 Patia. tract. de probat. lib. 1. cap. 38. num. 17.
 tertio quia ea confessione bona matrimonij,
 proles scilicet, & alia omnia auferuntur: nihil
 igitur mirum si non stetur eorum assertioni.
 Sit igitur regula confessioni coniugum, etsi
 conformi aduersus matrimonium nos stari.

42 Extende † primo etsi cum assertionem con-
 iugum concurreret rumor vicini dicto cap.
 super eo in fine vbi Panor. 2. notabili, & alij
 post Brunel. in tracta. de sponsa. conclus. 29.
 nu. 1. ad medium.

43 Extende † secundo idem esse in confes-
 sione matrimonij spiritualis religionis, nam
 nec in eo confessio sola professi aduersus
 professionem operatur capit. vidua extra de
 regul. capit. quod interrogati 27. distincti.
 Mascard. tracta. de proba. 2. to. conclus. 1026.
 num. 8. Azpil. con. 1. num. 4. titul. de adulter.
 contra Brunel. qui rationem assignat d. con.
 29. n. 5. sed de hoc nodoso artic. nos infra.

44 Extende † tertio ut multo magis proce-
 dat in confessione coniugum assertiuium va-
 lere matrimonium presens, in preiudicium
 alterius, nã nec huiusmodi assertioni in dam-
 num primi matrimonij statur Panormit. in
 dicto cap. super eo num. 5. quoniam credere-
 tur eorum testimonio in causa propria Me-
 noch. dicto casu 103. num. 6. cui adde Dida.
 qui Areti. citat in dicto capit. 4. §. 1. num. 5.
 idem probat Brunel. in tract. de sponsa. dic.
 conclus. 29. n. 4.

45 Declara † primo, quando solum agitur de
 separatione thori, nam eo casu staretur con-
 fessione coniugis asserentis impedimentum
 contra seipsum: quemadmodum si mulier vel
 vir se comississe adulterium faterentur, ut ad
 inuicem fieret separatio ita Panor. in dicto
 cap. super eodem num. 5. Roma singu. 620.
 Menoch. dicto casu 103. nu. 7. idem Menoch.
 tracta. de presump. lib. 3. presump. 1. num. 11.
 Brunel. tracta. de sponsa. conclus. 29. num. 2.
 Fran. Mar. decisio. 754. Mascard. tract. de proba.
 2. to. conclus. 1031. num. 33. mouentur ex
 tex. in c. ex litteris de diuor. † qui tamè tex.
 vt mea feret opinio nihil, loquitur facit enim
 eo casu quo vxor de adulterio conuenta, post
 querellam adulterium cõfiteretur, & in ea spe-
 cie querella simul cum confessione coniugis
 de admissio adulterio facit plenam probatio-
 nẽ aduersus cõfitentẽ quoad thori separatio-
 nẽ: Est enim certissima iur. reg. † confessionẽ
 delicti per se solam non sufficere ad aliquem
 condemnandum, cum nemo sit dominus
 E 2 mem-

membrorum suorum leg. liber homo ad leg. Aquil. Marfil. qui multos in practica crimin. §. postquam num. 48. latissime Clar. in §. fina. quaestio. 55. num. 10. vbi Baiar. ad eum num. 13. cum sequen. Tiberi. Decia. lib. 5. tracta. crimina. cap. 20. num. 37. qui Barto. & alios plerosque adducit Mascar. tracta. de proba. com. 1. conclus. 354. a num. 1. latissime Farinac. lib. 1. qq. crimin. quaest. 2. num. 7.

43 qui de communi tamen quoties delictum confessum nullam habet permanentiam, quia fit facti transiens veluti adulterium; furtum; & his similia; ex vera; & ab omnibus approbata opinione; si cum confessione concurrat partis querella, potest quis ex eo condemnari; ita in specie in crimine adulterij resoluit Iul. Clar. in dicta quaestio. num. 11. qui ex Boeri. & alijs ita obseruari affirmat;

49 vnde tamen cum in dicto cap. ex litteris prius maritus de adulterio uxorem conuenisset; atque postea eadem illud fuerit confessus; nihil mirum si potuit iudex ex illius confessione thori separationem inducere: in nostro casu; & quaestione proposita, nulla precessit querella. Accedat quod in eo cap. facile adduci potuit iudex, ut crederet confessioni uxoris de adulterio: illud enim commississe assererat; quia cum egeret; & maritus alere uxorem teneatur sicut seipsum; quia necessaria denegabat questum sui corporis faciens; sic necessitati subueniebat; & quoniam verisimilis erat confessio; ei fuit fides data argum. capit. quia verisimile de presump. & potest iudex verisimili confessioni fidem dare, ad ea, quae Marfil. in l. quaestio. nis modum num. 35. ff. de quaestio. Menoch. de arbit. iudic. casu. 269. num. 9. & passim ceteri.

50 Mouentur tamen secundo ex tex. in cap. intelleximus de diuor. in verbo per legitimam confessionem mulieris: qui minus facit, nam loquitur de legitima confessione; ea autem legitima dicitur, quae testibus ultra confessionem roboratur; aut saltem querella precedente, ut modo supra adhuc in eo cap. constabat uxorem fuisse adulteratam, ut colligitur ex princip. tex. in verbis eorum diocesaneus audiens eam quodam adultero fornicari.

51 Mouentur tamen tertio ex tex. in cap. quod Deo patri 33. quaestio. 5. quem tex. citat Brunel. dicta conclusio. num. 2. qui nec meruit allegari. nihil enim ad casum hunc: porro nec illius ratio tenenda est, qui dixerit, quod in hac specie, vbi de sola thori separatione agitur, non est collusionis timor incutitur, sicut cum de dissolutione; ob id laxius agendum videatur.

52 Ego sane tamen omnes monitos vellim iudi-

ces, ut cum de separatione thori agitur, vel matrimonij dissolutione; cautijs agant & rem diligenter considerent; cum sit sacramentum res sancta & sancte (ut ait tex. in capit. 2. de sponsa. sacra. constitu. Tarracon.) tractanda.

53 Vnde ea ratio tamen non mihi facit, quia & vbi de soluis thori separatione agitur, etiam collusio timeri potest, sed & grauiora ex eo peccata oriuntur, quam ex ipsa dissolutione. Quoties enim dissoluitur; nec contrahere nec pie in Christiana charitate permanere. Atque etiam matrimonij bona ex sola separatione impediuntur. Et docet experientia post thori separationem nihil aliud, quam viuendi coniuges libertatem inquirere; & adulteria committere; quod utinam verum non esset. Et ut finiam libere, ut in ceteris meam dicens sententiam; secundum superiorem; et si communem traditionem a nemine impugnata hucusque; vbi casus contingeret non iudicarem, nisi cum confessione, aut querella mariti preccederet, vel legitima alia probatio testium.

54 Declara tamen secundo quoties ageretur de dissolutione matrimonij propter impedimentum consanguinitatis, nam eo casu confessioni coniugum illud asserentium si cum ea concurreret fama statetur; & posset dissolui, dum ipsi cuperent impedimentum huiusmodi non reperiri; ut in matrimonio contracto persisterent Panormit. in dicto cap. super eodem num. 6. vbi communem testatur doctorum sententiam, Anton. de Butr. in capit. tertio loco de presump. & ambos refert & sequitur Menoch. dicto casu. num. 9.

55 & si adiciat in hac tamen specie plurimum iudicis arbitrio tribui debere propter periculum collusionis; & ante Panormitan. in dicto cap. eiusdem fuisse sententiam inibi. Hostien. Inno. Archi. Henri. & Ioan. Andreas; quos sequitur Brunel. in dicto tractat. de sponsa. conclus. 29. num. 3. versic. 4. Quarto limitatur; & in eandem ascendit Dida. in epito. de sponsa. 1. par. capit. 4. num. 4. qui etiam plurimum iudicis arbitrio tribuit; sequitur Mascar. tracta. de probat. 2. to. conclus. 1031. num. 31.

56 Planè ut non tamen semel animaduerti, in dissolutione matrimonij, aut thori separationis materia, supra modum cautos iudices esse vellem, ne in potestate sit coniugum tantum; & tam magnum eludere sacramentum, itaque; & in hac specie lapsos omnes existimo, atque sic iudicarem si casus occurreret: imprimis communis opinio nullo iure fulcitur, quae tantum inuatur tamen tex. in ca. si duo 35. q. 6.

57 secundum omnium intellectum, a quo nemo dissentit: qui tamen aliter a me percipitur quam a nemine

nemine hucusque fuerit: utque mihi videtur non loquitur de confessione coniugum; sed de probatione consanguinitatis per testes facienda: in quo tex. cum dubitaretur an duorum vel trium testimonio de consanguinitatis impedimento testantium extra iudicium cum iuramento; & in iudicium idem affirmantium, dissolui possit matrimonium; Respondit, post se dissolui coniugia eorum; & haec est prima pars tex. usque ad versiculum si vero neutrum contigerit: & hunc censum aperte indicant priora verba cano. si duo (inquit) viri vel tres: cum nisi nuptiae essent Neroniane aut vir (quod absit) in foeminam nuberet l. cum vir C. ad l. Iuliam de adul. nequeat nisi inter virum & mulierem consistere matrimonium. Sed & cum de viris loquatur foeminae exclusae censentur. Ne forte quisquam diceret masculinum foemineum continere: nam tamen vbi lex vel statutum de viris loquitur nusquam foeminae comprehenduntur, quia ex vi vocabili solum masculi continentur Bart. in l. 1. ad finem ex eo tex. in verbo virorum ff. de legi. vbi Alberic. Cy. Angel. Bal. in l. scripturas ex eo tex. verbo virorum C. qui potio. in pigno. habeat. Iass. in l. si quis id quod num. 20. ff. de iuris. om. iudi. Deci. in l. 2. num. 97. in versic. Et idem si dicatur viris de regul. iur. Vnde constat canonem in hac 1. par. de coniugibus minime loqui. pergit. tex. si duo viri vel tres consanguinitatem iure iurando firmauerint: vel ipsi forte confessi fuerint coniugia dissoluantur: Quae etiam extrema primae partis verba eundem ipsum intellectum demonstrant, quoniam si de coniugibus principium loqueretur dixisset modo, ad eos se referens, eorum coniugia dissoluantur, cum tantum genericè loquendo dixerit, coniugia dissoluantur. Et ea verba vel ipsi confessi fuerint gratia exempli posita sunt, non quod iuramentum excluderent, cum nisi iuratis testibus credi nequeat, etsi forent religiosi capit. tuis. cum similibus extra de testi. & dictio vel, sepius exempli gratia ponitur glos. memoranda in rubric. ff. si ager veterig. vel emphite. l. veteribus ibi stipulationem obscuram vel ambiguam ff. de pact. Camil. Galli. de verborum significatione. lib. 3. capit. 11. num. 20.

Sequitur nunc secunda pars in versic. si vero neutrum, in qua de coniugibus loquitur, qui nullo testium dicto, vel accusatione, sed fama tantum arguuntur, qui per Christi iudicium obtestandi & monendi ut a coniugio separentur, qui (inquit) si negauerint sibi ipsi relinquendi sunt; Et hic verus est illius canonis census: quem & clarè extrema verba significant in versic. ecce, quibus (ait) accusantibus vel testificantibus consanguineorum con-

iunctiones sunt dirimende, sed neque ex illis verbis tex. sicut est fama recognoscant se esse consanguineos, sumi potest argumentum a contrario sensu, ut vellit tex. si recognoscere simul cum fama sufficere. Nam argumentum illud sumi nequit, resuleret enim absurdus intellectus, & impius contra sacramenti matrimonij unitatem ad ea quae omnes in l. 1. §. huius rei ff. de officio eius l. conuenticulam C. de Episcop. & cleric. l. 2. C. de condic. infert.

Et nunquam de coniugibus loquitur se ipsos accusantibus, sed iuri communi innitens statuit, duorum vel trium testimonio posse impedimenta consanguinitatis probari capit. licet ex quadam, ibi non sufficiat vnius testis assertio extra de testi. capit. de illo, de eo qui cogno. consan. vxor. sua. Non negans (sed quia ita casus accidit) foeminis etiam consanguinitatis impedimenta posse probari cap. videtur nobis extra qui matrimon. accusa. poss. quia melius (ut Pontifex dicit in hoc cap. videtur) consanguinei vtriusque sexus stipem suam agnoscunt: & firmant. omnes relat. per Mascar. in d. conclus. 1031. num. 20.

59 Communis tamen quoque sententia resellitur, quia confessio coniugum de perse nullam faciat probationem dicto cap. super eo ex rationibus superscriptis, fama vero etsi plenè probata (quae alioquin ut nostri dicunt difficilis est probationis) semiplenam tantum facit probationem Bart. & omnes in l. admonendi ff. de iur. iuran. at ex semiplena probatione matrimonium dissolui nullus etsi stultus diceret. Tertio quia tex. in dicto cap. super eo generaliter loquitur, siue coniuges id optarent vel nos, consequenter generaliter intelligendus. Quarto quia eadem illius capituli ratio, & in hoc casu vindicat, timor scilicet collusionis; & ideo omnes fatentur plurimum iudicis arbitrium posse.

60 Quinto tamen cum de re graui & ardua agatur, non leues sed exactissimae probationes requiruntur dixi supra compara. 7. in princip. ideo vnus testis non sufficit capit. de illo vbi Panormit. de eo qui cogno. consan. & testes duo omni exceptione maiores requiruntur cap. super eo in 2. de testi. latè Mascar. dicta conclus. 1031. num. 19. & cum sit gravis, & ardua, fama in ea non facit semiplenam probationem vbi agitur de dissoluedo matrimonio Iass. in l. admonendi num. 252. ff. de iur. iuran. post Alexan. consi. 143. num. 4. lib. 2. Mascar. tracta. de probatio. tom. 2. conclus. 753. num. 14. & qui alios recenset Farinac. lib. 1. qq. crimi. q. 37. num. 65. qui communem Andr. Gail. obserua. 94. num. 2. lib. 2.

61 Et licet his & notis motus rationibus in hanc lubenter deveniam sententiam, non ante me defuerunt, qui alijs adducti eandem defenderint: Nam Abb. Antiq. quem refert Ioan. Andreas in capit. causam in primo de offic. delega. tenuit hanc opinionem. Respondebat ut ille refert tex. in dicto capit. si duo loqui de iure antiquo, in quo impedimentum consanguinitatis extendebatur usque ad septimum gradum, & cum difficilis tunc foret probatio per testes voluerunt Pontifices famam cum coniugum confessione sufficere, at cum iure nouo sit facilis probatio per testes, quia ad quartum restricta gradum, debet legitime probari dicto cap. licet ex quadam de testi. *Neque esset (inquit ille) qui matrimonium separarem propter consanguinitatem de qua non constaret nisi per confessionem coniugum, & famam: & Abb. sequitur Anton. de Butr. in dicto cap. super eo quemadmodum refert Brunel. supra num. 3. ad medium Mascar. dicta conclus. 1031. num. 24. & 25. qui & asserunt idem ante omnes scripsisse glos. in cap. cum in captiuitate 34. quæ. 1. quæ verè id docuit, in verbo perdocuit in fine licet cum alijs contrarium teneant & rectè minus.*

62 Declara & tertio quando alter coniugum, qui desiderat matrimonium valere fatetur impedimentum, ei enim creditur secundum Panorm. in dicto capit. super eo num. final. Alij contra, & in iudicij arbitrio reponunt, nisi fama concurret, credentes cum fama illius sufficere assertionem, iuxta eundem Panorm. in cap. attestations num. 8. de desponsa. impub. sequitur Menoch. qui Aretin. & Barba. citat in dicto casu. 103. num. 10. cui addendus Brunel. in dicta conclus. num. 4. qui etiam animaduertit, cautum in hac specie iudicem esse oportere ne decipiatur.

63 Hæc & opinio non alia quam superiori eget confutatione, si enim nec duorum confessioni statur. quanto magis vnus, quod dictum nullius esse dicitur. Nec iudicis arbitrio relinquere; cum separatio hæc grauissimi sit negotij, & exacte veniant probanda ut supra: quid quod collusio etiam potest timeri quoties vnus impedimentum allegat tacente altero. Nec quidquam falit tex. in quo hæc sententia sustinetur in cap. attestations cum glos. de desponsa. impub. nam & præter ea quæ cæteri ad illius cap. intellectum docent, noue respondi supra compara. 3. vers. quartus casus.

64 Declara & quarto in foro pœnitentiæ animæ; in eo enim consenti in sui ipsius statur pœnitentiæ, quo ad pœnitentiæ cap. veniens in 2. de eo qui cogno. consanguin. vxor. suæ cap. ad audientiam extra de sponsa.

cap. inquisitori de senten. excommun. capit. mulieri de iure iuran. glos. in capit. tua nos de sponsa. & in capit. significasti de homicid. Hostien. Panormit. & cæteri in dicto capit. veniens Iaco. à Can. inter consil. matrimon. consil. 19. num. 6. Mascar. in dicta conclus. 1026. numer. 9. Brunel. in dicta conclusione 2.

65 Huius & declarationis rationem eam esse omnes scribunt, quod agatur in hac specie de interiori animæ foro, in quo soli consentis assertioni statur, quia suæ salutis nemo immemor pœsumitur, & veritatem exponere creditur ut peccati iustam consequatur pœnitentiæ & remissionem glos. in dicto cap. tua nos vbi Panormit. Anton. & Præpo. in cap. is, qui fidem de sponsa. atque alij relati per Didac. in epito. de sponsa. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 9. Mascar. dicta conclus. num. 10. ad finem quos alios, & longè plures congerit Menoch. lib. 3. pœsump. pœsump. 1. num. 29. & 30. & Et generaliter affirmant Theologi credendum pœnitenti pro se, & contra se in foro conscientie quemadmodum docet eruditissimus Azpil. in Manu. confes. cap. 17. num. 250. & latius in capit. placuit num. 171. vsque ad 174. de pœnitentiæ distin. 6.

66 Declara & quinto quoties coniuges ambo post contractum matrimonium nondum carnali copula consummatum faterentur se velle ingredi religionem, & cum ea confessione impedimentum confiterentur; sic censit Iacob. à Can. inter consilia matrimo. consil. 19. nu. 6. quem refert & sequitur Mascar. d. conclus. 1031. n. 30.

68 Casus hic & nullam continet dubitationem, nam & ante carnalem copulam potest vnus coniugum inuito altero religionem ingredi & profiteri cap. verum cap. ex publico de conuersi. coniuga. quanto magis de communi amborum assensu, ut illic Pontifex & alij omnes docent, & nulla hoc casu impedimenti confessio requiritur: Erit autem necessarium ut cum effectu professio fiat, nam si ante professionem vnus in seculo remaneret, & contraheret, matrimonium non teneret, & vbi alter ante professionem eum repeteret, teneretur obtemperare, quemadmodum scribit Boy. & cæteri in capit. vxoratus de conuerti. coniugato.

SUMMARIUM.

- 1 Iuramentum suppletorium datur in defectu probationis.
- 2 Iuramentum suppletorium non datur in grauius causis nisi adsit plusquam semiplena probatio.

Iuramen-

- 3 Iuramentum suppletorium datur in causis criminalibus.
- 4 Iuramentum suppletorium non datur in causis matrimonialibus.
- 5 Iuramentum suppletorium datur in matrimonialibus causis vbi adsit plusquam semiplena probatio.
- 6 Iuramentum suppletorium non datur vbi agitur de dissoluedo matrimonio.
- 7 Coniuges seipsos dissoluere à vinculo matrimonij non possunt.
- 8 Iuramentum in supplementum probationis non datur hodie attento sacro Concilio Tridentino.
- 9 Probatio que fit per iuramentum suppletorium non dicitur vera probatio.
- 10 Iuramentum in supplementum probationis non datur in matrimonio spirituali.
- 11 Iuramentum suppletorium datur ad fauorem matrimonij spiritualis non contra.
- 12 Iuramentum suppletorium an detur in sponsalibus attento iure nouo sacri Concilij Tridentini.

COMPARATIO XVI.

IURAMENTVM IN PROBATIONIS SUPPLEMENTVM IN CONTRACTIBUS DATVR, ID IPSVM IN MATRIMONIO, & AN EX IURE NOVO SACRI TRIDENTINI CONCILII EXPLICATUR.



ERVNT omnes & in probationis defectum iuramento suppletorio, iudicem litem posseditrimere leg. admonendi ff. de iur. iuran. vbi Bart. Paul. de Castro Alexan. Iass. Cacial. & potestiores dixi explora. iu. lib. 4. cap. 3. ad intellectum dictæ admonendi; & quæ ad huius iuramenti delationem requirantur, & quando deferendum, diserit erudite Ioseph. Ludou. decisio. Luca. 42. à num. 1. idem decisio. Perusi. 100. à num. 1. Hieron. Lauren. decisio. 105. num. 5. Vini. decisio. 108. lib. 1. Maran. de ordine Iudi. 6. par. actu. 9. num. 4. & sequen. Olaf. decisio. 99. num. 30. & decisio. 96. num. 5. Boer. decisio. 85. Mascar. tracta. de probat. tom. 1. con. 9. à num. 25. Menoch. de arbitrio. iudi. questio. casu. 464. quo latè: idem casu. 190. num. 12. Fului. Patia. tracta. de probatio. lib. 1. cap. 39. num. 19. & sequen. Caroci. aliqua tracta. de iuram. decisio. quest. 1. num. 2. & quest. 2. 19. principa. nu. 4. Camilla decisio. Lucan. 106. vers. Nec isto casu, Gram. decisio. 42. Beniten. decisio. 57. num. 2. Fran. Marc. decisio. 753. num. 10. Capel. Tholosa.

decisio. 171. vbi Aufre. ad eam.
2 Fatentur & vero omnes id in causis minimis vindicare, in grauibus secus: fatentur itidem & in grauibus, id etiam locum habere; dum plusquam semiplenè fuerit probatio facta, sic enim post aliquos docuit Alexan. in dicta l. admonendi num. 50. Iass. num. 238. idem in l. in bonæ fidei num. 27. de reb. cred. C. Boeri. decisio. 85. vbi iudicatum asserit. latissimè Gabri. titu. de probatio. conclus. 1. num. 40. Patia. dicto cap. 39. num. 19. qui in numeros refert, & præter eum idem docet Cratiet. qui multos citat consil. 198. num. 10. Duen. regul. 300. simili. Gramma. dicta decisio. 42. num. 12. Ioseph. Ludou. dicta decisio. Perusi. 100. num. 7. & 8. Vini. dicta decisio. 108. num. 2. Menoch. dicto casu. 464. num. 7. Bursa. consil. 39. num. 36. lib. 1. Beniten. dicta decisio. 67. num. 2. Et latissimè de communi Mascar. tracta. de probat. 2. to. conclus. 1030. num. 5.

3 Sic illi inferunt & in causis criminalibus, quæ omnium arduæ indicantur, locum esse huic iuramento suppletorio, quoties plusquam semiplena probatio adsit, & accusator honesta est persona & legalis, iuxta Roma. traditionem in dicta leg. admonendi num. 104. Alexan. in l. ait prætor num. 12. de iur. iuran. & in dicta l. admonendi num. 50. Iass. num. 238. Curti. iuni. num. 67. Gabr. latè dicta conclus. 1. de probatio. num. 40. Boer. decisio. 86. nu. 4. Mascar. dicta conclus. 1030. num. 5. Tiber. Decia. lib. 2. tracta. criminali. cap. 21. num. 23. & multorum autoritate nouissimè comprobat Patia. in dicto tracta. de probatio. lib. cap. 39. num. 18. qui Menochium reticet multos casus egregie distinguentem in dicto casu. 464. à num. 1. cum sequen. Caroci. tracta. de iuram. decisio. 157. quest. principali num. 3. qui pauca Farinae. lib. 1. qq. crimi. q. 47. nu. 66. q. 54. nu. 81. 88. quest. 56. n. 402.

4 Inferunt & secundo in causa matrimoniali graui & ardua, quæ ut sæpè dixi criminali æquiparatur, iuramentum in supplementum probationis regulariter non præstari, quia de statu hominis agitur, iuxta glos. in capit. mulieri extra de iur. iuran. verbo absoluto Deci. in capit. si pro debilitate num. 17. de offic. delega. Alberi. Castren. Alexan. & Iass. in l. ait prætor. ff. de iur. iuran. idem Iass. in dicta l. admonendi num. 234. Hipp. de Marsil. in l. maritus num. 14. ff. de questio. Bald. consil. 123. lib. 2. Socin. iuni. consil. 133. num. 2. & ante eum Alexan. consil. 286. col. 2. lib. 2. Pari. consil. 53. num. 10. lib. 3. Ruin. consil. 159. num. 32. lib. 5. Caphal. consil. 141. nu. 8. lib. 1. Et qui alios magis communem dicens Mascar. tracta. de probat. 2. d. conclus. 1030. num. 1.

num. 1. Patia. tracta. de proba. lib. 1. cap. 39. num. 25. Capel. Tholo. decisio. 171. vbi ad den. Carro. tracta. de iuram. decisio. quaest. 4. 9. quaest. principal. Andr. Gail. lib. obseruat. 2. obserua. 94. num. 1. & sequen. Seraphi. de Seraphi. tract. de privileg. iuramen. priuil. 33 Farina. lib. qq. crimi. q. 47. num. 65. cum sequen. Surd. consil. 109. num. 19. lib. 1. Et licet multi relati per Mascard. dicta conclus. 1030. num. 2. contrariam sententiam teneant hactamen communis est omnium iudicio.

5 Quam & declarant illi eo modo quo in causis criminalibus interpretes retringunt & in causis civilibus arduis, quoties scilicet fuisse plusquam semiplene probatum, dabitur enim tunc iuramentum in supplementum in matrimonialibus causis, precipue vbi illud petens honesta foret persona, arbitrio tamen iudicis glori. fina. in cap. finali per illum tex. de iur. iuran. Sali. Roma. Alexand. & Iass. in l. ait pretor. §. quocumq. ff. de iur. iura. Crauet. consil. 73. num. 24. 26. Boer. dicta decisio. 85. & qui alios Mascard. dicta conclus. 1030. num. 5. Gabri. qui multos conclus. 1. tit. de proba. nu. 40. Ioan. Coraf. lib. miscella. iur. 3. capit. 4. num. 6. qui & communem Carro. dict. tracta. de iuram. decisio. 4. quaest. 9. quaest. principa. num. 6. versic. tertius casus Gail. d. obserua. 94. num. 11. & 12.

6 Si iendum & autem quod vbi de contrahendo agitur matrimonio superiores omnium vindicet traditiones, at quoties de eo disoluendo & tunc nusquam iuramentum hoc in hisce causis matrimonialibus conceditur, nec arbitrio id iudicis relinquitur: vt expressim ex Archidiacono. Bal. & alijs scriptum reliquit Mascard. in dicta conclus. 1030. num. 6. & Andr. Gail. dicta obserua. 94. num. 11. & 12. & qui rationem assignat, quod non sit in coniugum potestate se ipsos dissolueret: et si Paul. de Cattr. in dicta leg. 3. de iur. iuran. aliam reddat, quia vbi de matrimonij dissolutione agitur, de grauiori causa tractetur propter maius preiudicium cap. licet. ex quadam ex. de testi. atq. tandem opinionem probat Carro. in dicta quaest. 4. numer. 6. & 7.

Hodierno iure Concilij sacri Tridentini, nullis hac quaestio utilitatis est. Nam aut agitur de matrimonio contracto probando, & eo casu cum certa & expressa forma fuerit a S. Concilio statuta, vt fiat mutuo matrimonij consensus coram parcho, & duobus vel tribus testibus, nisi fuerit obseruata matrimonium est nullum d. cap. 1. de reforma. matrimo. sesio. 24.

9 Adde & quod nec ea probatio qua fit hoc

iuramento suppletorio dicitur vera probatio, nisi in his casibus in quibus ius expressim hoc iuramentum concedit late Deci. in rubric. de probatio. num. 2. vbi Berons num. 76. Areti. qui communem in cap. 2. 12. notat. bi. illo eodem titulo. de probatio. asserunt communem Mascard. in tracta. de probatio. tom. 1. quaest. 9. num. 1. cum sequen. & num. 11. Vini. in communi. ver. iuramentum Boeri. decisio. 85. num. 2. Pegue. decisio. 23. num. 2. & num. 5. Thesau. decisio. Pedemon. 256. num. 2. Marfil. in rubr. de probatio. nu. 119. Menoch. tracta. de presump. lib. 1. quaest. 1. num. 35. Patia. tracta. de probatio. lib. cap. 39. n. 23. Carro. tracta. de iura. decisio. q. 39. num. 1.

Aut agitur de matrimonio contracto dissoluendo, & tunc iuxta receptiorem opinionem non est locus iuramento in supplementum probationis vt supra. Extendunt nostri & idem in matrimonio spirituali, monachismo scilicet, nam cum de vno ad aliud validum sit argumentum capit. inter corporalia de translat. Episcop. quemadmodum favore matrimonij, iuramentum antea suppletorium concedi potuit: ita nunc in hac specie in fauorem religionis, & secus aduersus religionem Mascard. dicta conclus. 1030. num. 3. qui communem Andr. Gail. dict. obseruat. 94. num. 16. & Carro. tracta. de iura. decisio. 15. quaest. princip. num. 6. qui Iass. citat in dict. l. ait pretor. num. 26. de iur. iuran. sed de hoc articulo latius suo loco.

12 Caterum & cum sacri Concilium Tridentinum vt saepius dixi sponsaliorum iura intacta reliquerit; an in sponsalibus iuramentum suppletorium concedi possit nouo quaestio est, a nullo quam viderim tractata: Ea autem dubitationem nullam continet, quia cum iure veteri in matrimoniali causa longe fortiori vinculo seruatis requisitis necessarijs, predictum iuramentum concedi possit; quanto magis in sponsalium causa, cum sponsalia multis dissolui modis possint, & in illis de minori agatur preiudicio tum quia in sponsalibus ius antiquum sit seruandum.

SVMMARIVM.

- 1 Contractus in dubio licitus iudicandus.
2 Actus vbi se potest habere ad bonum & ad malum in dubio ad bonum respondendus est.
3 Iudicandum in dubio pro matrimonio.
4 Contractus matrimonij omnes alios contractus,
5 fauoribus, & prerogatiuis antecedit.
6 Iudicis officium in causis matrimonialibus exuberat.
7 Matrimonialis causa fauorem publicum conseruat, & dote fauorabilior est.

- 7 In dubio pro matrimonio.
8 Disparitate data non presumitur pro matrimonio.
9 Disparitas non consideratur de iure canonico.
10 Opus ebaritatis magnam impudicas mulieres uxores ducere.
11 Matrimonium dicere hodierno iure filij sine consensu parentum possunt.
12 Matrimonij libertatem Reges constringere non possunt.
13 Iudicandum in dubio pro matrimonio qualiter intelligatur secundum Menochi.
14 Menochij opinio reiecta.
15 Matrimonij probatio, latissimam recipit interpretationem.
16 Matrimonium contractum lite pendente super primo clandestino an valeat.
17 Matrimonium clandestinum hodierno iure sublatum.
18 Iudicandum hodierno iure aduersus primum matrimonium.
19 Iudicandum in dubio formam sacri Concilij Tridentini obseruatam fuisse.
20 Matrimonium clandestinum antiquo iure valebant.
21 Matrimonium clandestinum odiosa iure antiquo.
22 Iudicandum in dubio pro sponsalibus etiam iure nouo sacri Concilij Tridentini.

COMPARATIO XVI. CONTRACTVS IN DVBIO licitus iudicandus, & pro illius validitate pronuntiandum id ipsum in matrimonio & sponsalibus. Quid etiam iure nouo S. Concilij Tridentini.

1 **L**EX TATA & celebre & insigne Casareum Dioclesiani & Maximiani responsum in l. cum praecibus C. de probatio. quo in dubio statim voluerunt contractui, donec clarissimis probationibus, illius inualiditas ostendatur quemadmodum inibi Bald. Salicet. & ceteri docuerunt: Et si is vt furarius & feneratorius ac cusetur idem Bald. in l. rogasti §. si tibi ff. de reb. credi. ex tex. in l. preuaricationis §. fina. ff. de preuaricato. cap. fina. 3. q. vltim. cap. quid autem 30. q. 4. Meno. lib. 3. presump. presump. 122. num. 36. Panor. in cap. 1. n. 7. de Cleri. no. residen. idem Meno. lib. 5. presump. presump. 2. nu. 5. & 6. qui & rationem reddit ex Panorm. in d. cap. 1. quia vbi actus se potest habere ad bonum & ad malum, in dubio ad bonum referendus est. cap. 2. de reg. iur. l. merito ff. pro socio. citat Aretin. cons. 9. col. 1. & cons. 31. num. 3. & praeter

eum idem consuluit Bald. cons. 389. Deci. cons. 119. col. 4. Soci. iun. cons. 83. num. 6. li. 2. Crauet. qui alios cons. 156. num. 1. Rolan. a Vall. cons. 96. nu. 14. lib. 2. Ancha. Rigien. quaest. 33. num. 9. lib. 2. Alexan. Rauden. tract. de Analog. cap. 30. num. 261. Menoch. presump. lib. 5. presump. 2. nu. 5. & sequent. Menoch. cons. 201. num. 20. lib. 3. Galea. Malaue. cons. 107. num. 5. & debet iudicari in dubio talis qui non inferat caducitatem Iass. in l. 2. num. 12. C. de iure Emphi. idem Malaue. cons. 102. num. 6.

3 Ita fiet vt pro & matrimonij contractui in dubio sit iudicandum ca. fina. ex. de re. iudi. 4. quinimo & reliquos contractus antecellit fauoribus & prerogatiuis, quas recenset Felin. in cap. 1. a nu. 1. ex. vt lite non contesta. idem Felin. in rubr. de sponsa. num. 6. qui 24. priuilegia, Gail. lib. 2. obseruatio. obserua. 94. in fin. qui versiculos quosdam priuilegia continentes adducit. idq. constat ex cap. videtur qui matrimo. accusa. poss. cap. ex literis de probatio. cap. licet ex quadam de testi. vt recte & Triuisan. scripserit decisio. 6. num. 5. lib. 1. in causis matrimonialibus iudicis officium exuberare. & Mascard. tract. de probatio. 2. tom. conclus. 1019. num. 3. vers. & certe hec ait. Et certe quicumq. sit qui matrimonium probare debet, hilarianimo hoc onus subeat, vt potest cui multa probationum genera suppeditentur. Sed & Robulle. decisio. 117. num. 2. & 4. 1. part. decisio. Rota & docet matrimonij causam fauorem publicum concernere, & dote ipsa esse fauorabiliorem. Et generaliter proditum veteri diuerbio, in dubio & pro matrimonio d. cap. fina. & ibi Panor. & alij idem in cap. tua nobis de desponsa. impube. Parisi. cons. 53. nu. 3. lib. 4. Hiero. Grat. inter cons. matrimo. cons. 75. num. 7. cum late adductis per Mascard. tract. de probatio. 2. tom. conclu. 1023. num. 1. & 2. idem Mascard. in conclu. sequenti 1024. cum alijs multis Menoch. de arbitr. iudi. quaest. casu. 475. num. 20. 21. idem Menochi. cons. 255. num. 7. & cons. 227. nu. 10. lib. 3. Azpilcue. cons. 23. num. 11. sub. titu. de sponsali. Gail. d. obserua. 94. num. fina. lib. 2. Bere. cons. 80. num. 21. nouissime Sanch. de Matrino. lib. 1. disput. 18. num. 5. & 6. limitat quibusdam modis Mascard. d. conclu. 1023. regulae nostrae minime adaptatis, quinimo non veris qui nec iure nouo Concil. Tridentini locum habere possunt ego vero ex illis limitationibus duas vel tres executiam.

8 Primo declaratur & regula, quoties hinc inde vbi de matrimo. agitur contrahendo datur paritas personarum, secus data disparitate, nam pro eo non presumitur, nec etiam est presumendum: citat Curt. iunior. in

in l. cum quaedam puella. num. 22. de iuris. om. iudi. Capha. conf. 52. nu. 63. lib. 1. Grati. inter conf. matrimo. conf. 82. num. 45. Adde textus probantes nec paruos in l. imperialis §. imo. C. de Nupti. l. donationes in verbis, personis comparatis ff. de donatio. l. libere & ibi Bald. ff. de ritu. nuptia. Bald. conf. 123. causa matrimonialis lib. 2. Alciat. responso. 5. num. 25. Capha. qui alios conf. 435. num. 26. lib. 3. Socin. iuni. conf. 89. li. 2. num. 3. idem conf. 86. num. 26. lib. 2. Meno. conf. 199. num. 44. lib. 2. idem tracta. de presump. lib. 3. presump. 1. num. 72. citat Tiraque. in l. connubial. in l. 5. gl. 1. num. 37. Menoch. conf. 342. num. 3. lib. 4. idem Menoch. lib. presump. 4. presump. 78. num. 8. latissime Osa. decisio. 154. a. num. 1. Celsus noster conf. 73. num. 5.

9 Caterum hæc & omnium fere traditio de iure canonico non procedit, eo enim paritas vel imparitas personarum non consideratur, cum inter & opera charitatis vnum sit præcipuum, serota, impudicasq. mulieres, vt à peccato abducantur, vxores ducere cap. inter opera de sponsa. cuius sententiæ assertor fuit Paul. de Castr. conf. 83. presupposito lib. 1. & ante eum Bald. conf. 395. Preposi. in ca. 1. 33. q. 1. quos sequitur & refert Celsus in d. conf. 73. num. 14. & Menoch. tract. de presump. lib. 3. presump. 1. num. 72. latè & erudite Osa. d. decisio. 154. num. 5. in versu. cōtraria & vero opinio Tiber. Decia. respon. 5. num. 74. lib. 1. & Gabri. in commu. tit. de legitima conclu. 1. num. 46. 47. Peregri. tracta. de fideico. art. 24. num. 51. qui alios recenset plures Surd. conf. 213. num. 11. num. 2. qui receptam. Idq. & satis & iure nouo sacri Concilij ostenditur, quo filij sine consensu parentum quascunq. ducere possunt cap. 1. de reforma. matri. sess. 24. & ob id reges constringuntur idem facere inter subditos suos, vt possit quisquis quam velit coniungere ca. 9. eiusdem sess. 24.

13 Secundo vltra & Mascari. declaratur, vt in dubio pro matrimonio sit iudicandum, quoties agitur de matrimonio quod contractum fuisse constat, & agitur de illius dissolutione, secus quando agitur de probando matrimonio ab initio Parisi. conf. 15. nu. 39. lib. 2. Soci. iuni. conf. 88. num. 32. lib. 2. & qui eos sequitur & refert Menoch. conf. 199. num. 54. lib. 2.

14 Hæc Menochi. & opinio tam falsa est, vt alia sit in iure periculosa, & aduersus omniū traditiones; Nec Parisi. loquitur in eo casu, sed quoties agitur de matrimonio contracto in præiudicium prioris matrimonij, de cuius validitate disputatur, tunc non debet fieri interpretatio in fauorem secundi, & ita in-

telligendus Socin. d. conf. nam & hæc est in hoc casu communis sententia ex latè traditis per Mascari. tracta. de proba. 2. tom. conclu. 1019. num. 8. cum multis sequent. & conclu. 1030. num. 17. & conclusio. 1026. num. 7. dixi supra compara. 16. versu. sciendum autem. At & vbi de noua matrimonij probatione agitur, latissima debet fieri interpretatio, & si non constet matrimonium fuisse contractum, & in his terminis loquitur text. sic communiter ab omnibus intellectus in d. cap. fina. de senten. & re iudica. & in eisdem terminis loquuntur omnes, quos supra recensui in principio, affirmantes pro matrimonio in dubio iudicandum, & in eo probando leuiore. vltra iuris communis regulas sufficere, pro quo iudices possunt etiam aduersus communem illius singulari prerogativa iudicate Beret. conf. 80. num. 21. 22. Andr. Gail. d. obseruatio. 94. num. 19. lib. 2. qui erudite.

16 Tertio & declaratur in matrimonio contracto lite super primo clandestino pendente, nam & si secundum valeat, iuxta receptiorem sententiam iuris antiqui, quam communem dixit Socin. iuni. conf. 119. lib. 3. De ei. conf. 163. num. 7. Angel. de Casu inter cōf. matrimo. conf. 31. num. 1. Et qui eos refert & communem dicit Mascari. in d. conclus. 1023. num. 8. & 9. tamen pro hoc matrimonio, veluti in fraudem primi contracto, non esset in dubio iudicandum, scribit Deci. d. conf. 163. num. 7. Mascari. supra num. 8. in fine. Subdeclara & declarationem non procedere de iure nouo sacri Concilij, quo cum dispositum sit *matrimonia clandestina, non obseruata sacri Concilij forma, nulla fore & irrita, & contrabentes sic inhabiles redditi sint*; potest qui prius contraxit clandestine relicto primo coniugio, cū altera libere contrahere obseruata forma, & solemnitate d. sacri de ceteri, aut cum eadē, seruatil. solemnij: in quibus nullus dissentit, & nos suo loco dicemus. Ita fiet vt & iure nouo sacri Concilij non sit pro antiquo matrimonio iudicandum in dubio, quoties scilicet de probatione illius ageretur, extra eam probationē, quæ à Concilio præscripta fuit, nam eo & in casu si dubitaretur an forma dicti Concilij fuisset obseruata nec ne, iudicandum foret pro matrimonio. Et si neminem huius opinionis inuenierim assertorem; Sed res clara est, quia quoad hæc militat fauor matrimonij, & eadem ratio quæ de iure antiquo militabat; quamquam probatio illius ad testes duos vel tres, & parrochum fuerit restricta. argu. l. a titio cum vulga. de furt. & l. precipimus C. de appella.

20 Sed & magis facit quod & matrimonia clandestina,

clandestina, & si antiquo iure valerent ca. 1. & 2. vbi Panor. & alij omnes ex. de desponsa. impub. Curti. iuni. conf. 64. num. 3. Boer. conf. 40. num. 4. cum alijs adductis per Mascari. d. conclus. 1023. num. 10. & est hodie expresse decisum in d. cap. 1. de reforma. matrimo. quia & tamen & odiosa erant & tunc cap. 1. 30. q. 1. & d. cap. 1. de reforma. matrimo. S. Con. Tridenti. pro eis in dubio non poterat iudicari, quia non reputabantur fauorabilia Mascari. ex alijs in d. conclus. 1023. num. 10. & 11. dixi supra compara. 10. ad finem. Vnde nihil mirum si hodie aduersus matrimonium sit iudicandum, cum omnia dicantur clandestina, præter ea, quæ secundum Concilij formam contrahuntur.

22 Subdeclara & etiam noue prædicta vt non procedant in sponsalibus, nam cum ea non fuerint comprehensa sacro Concilio, si dubitaretur an probata fuerint nec ne, ad iuris communis dispositionem recurrendum est, et in eis idem fauor (vbi tamen eadem ratio vindicatur) obtinet, cum sint præambula ad matrimonium l. oratio ff. de ritu. nuptia. de cuius intellectu nos explorato. iur. lib. 2. cap. 8. tradunt Feli. & ceteri in rubr. de sponsal.

S V M M A R I V M.

- 1 Contractus omnes in ultimo vite spiritu celebrari possunt.
- 2 Mortis instantis periculum in contractibus fraudis suspensionem non facit.
- 3 Alienatio feudi in extremo mortis articulo fieri potest.
- 4 Argumentum de contractibus ad ultimas voluntates validum.
- 5 Testamenta antiquitas ad modum contractus celebrabantur.
- 6 Statutum prohibens contractum prohibet testamentum.
- 7 Testamentum contractus inter vivos dicitur.
- 8 Testamentum & contractus in ultimo vite spiritu contrahuntur.
- 9 Contractus in testamento celebrari possunt.
- 10 Testator ab herede promissionem extorquere potest de soluendis legatis.
- 11 Contractus in testamento factus non reuocatur, reuocato testamento.
- 12 Confessio facta in testamento parte presente, et acceptate non reuocatur reuocato testamento.
- 13 Confessio facta in testamento parte presente censetur inter vivos.
- 14 Matrimonium in mortis articulo celebrari potest.
- 15 Matrimonium etiam iure nouo Concilij Tridentini in mortis articulo contrahi potest.
- 16 Spini declaratio, quis dicatur in mortis articulo constitutus.

- 17 Spini declaratio reiecta.
- 18 Ius canonicum quos dixerit in mortis articulo constitutos.
- 19 Iure canonico in mortis articulo, nullam esse reservationem peccatorum.
- 20 Mortis in articulo is dicitur constitutus, quem probabiliter creditur illico moriturum.
- 21 Mortis in articulo constitutus, aliud est à periculo mortis secundum quosdam.
- 22 Periculum mortis, & mortis articulus in quo differant secundum Dominicum de Soto.
- 23 Mortis articulus non legitur apud bonos auctores.
- 24 Spini declaratio ad tex. in cap. in quadam ex. de celebra. missa. reprobata.
- 25 Mortis in articulo constitutus quis dicatur secundum Meno.
- 26 Filij suscepti ex matrimonio in mortis articulo contracto, deficere faciunt conditionem si sine liberis, ad exclusionem substituti.
- 27 Filij suscepti ex matrimonio in mortis articulo contracto in fraudem substituti, non excludunt substitutum.
- 28 Menochij opinio aduersus, communem reprobatur.
- 29 Mortis proximus pro mortuo habetur.
- 30 L. huic scripturae & l. ait lex. ff. ad legē Aquil. declarantur.
- 31 Casus mortis, & diuortij differunt.
- 32 Dolus & fraus in contractibus non prosunt dolo.
- 33 Matrimonium etiam dolo contractum valet.
- 34 Clericus in mortis articulo constitutus, renunciare potest præbendam.
- 35 Cap. 2. de renuntia. lib. 6. declaratur.
- 36 Ingressus monasterij in mortis articulo in fraudem substituti, substitutum non excludit.
- 37 Monasterium haberi loco filij, grauis questio.
- 38 Monasterium non excludit substitutum quando est de liberis.
- 39 Ingrediens monasterium tempore quo est mortis proximus, non ex eo solo dicitur facere in fraudem substituti.
- 40 Presumptio ea in dubio capienda, qua quis sue anime consultat.
- 41 Emancipatio in mortis articulo facta, in fraudem facta censetur.
- 42 Locatio facta per maritam ad quinquenniū fundi dotalis tempore mortis vxoris, in fraudem facta censetur.
- 43 Legitimatō facta de filio illegitimo, in fraudem facta censetur, vbi in articulo mortis moriens concubinam vxorem ducit.
- 44 Legitimatō facta per subsequens matrimonium in mortis articulo, primogenito nullū præiudicium parat.
- 45 Fraus non presumitur ex solo contractu matrimonij in mortis articulo, nisi alie adsint coniecturae.

- 46 Legitimus per subsequens matrimonium contractum in mortis articulo in maioribus non succedit, ad exclusionem alterius vocati.
- 47 Legitimitas facta per subsequens matrimonium in mortis articulo in praedictum iam nati minime valet.
- 48 Legitimus per subsequens matrimonium, an excludat legitime natum constante matrimonio, quoties aliud matrimonium fuit intermedium.
- 49 Permutatio beneficij facta in mortis articulo, in fraudem patroni non valet.
- 50 Alienatio bonorum a patre facta in fraudem filiorum non tenet.
- 51 Matrimonium contrahere ex sui natura opus meritorium.
- 52 Lex titius ff. ad S.C. Trebelli. declaratur.
- 53 Grauat, donans bona in extremis agens, censetur in auertionem fideicommissi id facere.
- 54 Menochij contrarietas.
- 55 Nemo in dubio peccare aut delinquere praesumitur.
- 56 Matrimonia clandestina bodierno iure sublata.
- 57 Votum emissum in ultimo vita spiritu valet.
- 58 Praesumptio fraudis cessat, ubi quis suo iure utitur.
- 59 Praesumptio fraudis ubi quis suo iure utitur, cessat cum quis commodum reportat ex eo actu.
- 60 Testator in dubio censetur se conformare cum dispositione legis, & nedum iuris communis, sed ad municipalem.
- 61 Matrimonij bona tria, fides, proles, Sacramentum.
- 62 Matrimonium contractum in mortis articulo a patre dicente expressim se in fraudem substituti hoc facere, an ex eo substitutus excludatur.
- 63 Matrimonium spirituale contractum in fraudem substituti an valet.
- 64 Matrimonium in fraudem substituti contractum, substitutum excludit.
- 65 Comminatio aliquando in vita facta in morte non praesumitur eo intuitu facta quo dispositio.
- 66 Moriens non praesumitur suae salutis oblitus.
- 67 Confessio morientis in tertio praedictum non valet.
- 68 Utens suo iure nemini facit iniuriam.
- 69 Matrimonium contractum in mortis articulo, sine praecipuo Sacramenti contractum censetur.
- 70 Lex qui autem §. 1. ff. que in frau. credito. declaratur.
- 71 Lex flaminum §. fina. ff. de dam. infect. declarata.
- 72 Fraus patris filijs nascituris obesse non debet.
- 73 Filius non portat iniquitatem patris.
- 74 Matrimonium contrahere in mortis articulo licitum.

- 75 Ius substituto competens, non questum sed querendum dicitur.
- 76 Vivendo morimur.
- 77 Moriens non praesumitur mutare voluntatem.
- 78 Voluntatis mutatio ex longo tempore non praesumitur.
- 79 Praesumptio fauore animae, superat quaecumque aliam praesumptionem.
- 80 Filij ex clandestino matrimonio nati quando aliud aderat impedimentum, illegitimi erant siue illi sciissent impedimentum vel ignorassent.
- 81 Matrimonium clandestinum dolunt arguit, & impedimenti scientiam.
- 82 Filij ex clandestino matrimonio nati bodierno iure S.C. Tridentini per subsequens matrimonium contractum in facie Ecclesiae legitimi fiunt.

COMPARATIO. XVIII.

MATRIMONIUM IN VLTIMO mortis articulo contrahi sicut & ceteri contractus; An autem filij inde suscepti legitimi efficiantur etiam ad exclusionem substituti; Quid rursus de iure nouo S. Concilij Tridentini quotidiana multa, lucido explicantur.

POSSE quemlibet et contrahere usque ad extremum vitae spiritum dum sanè metis sit, & integram habeat memoria eomuni omnium sententia receptum scio; id interpretæ vno (quem singularem dixere Bal. in cap. quoniam frequenter ex. vt lit. non contesta. nu. 8. & Menoch. conf. 326. nu. 79. lib. 3.) textu probari affirmant l. Seia §. fina. verbis illis, in extremo vite spiritu constitutus ff. de donatio. cau. mort. Neq. et instantis mortis periculum in testamentis, aut contractibus fraudis elicit suspensionem Alex. in l. si quis posthumus de libe. & posthu. & in l. si filio §. si vir in quinque num. col. 3. ff. soluto matrimonio, qui comunem Soci. & Iass. in l. sed si questum ff. de libe. & posthu. Deci. in cap. in presentia nu. 56. de probatio. ibi Felin. num. 36. Bar. Bal. Salice. Alex. Iass. & ceteri in l. sanum mente C. de testam. Bursa. qui et de alienatione feudi in extremo mortis articulo luculenter disputat conf. 40. num. 70. lib. 1.

Et et de contractibus ad extremas voluntates, & e conuerso recte argumentum regulariter procedit l. fina. vbi Salicet. & ceteri C. de lega. in principio inst. de leg. fusi. Can. Tollen. vbi glo. l. pactum inter heredem ff. de pact. Planè et antiquitus & testamenta ad modum

modum contractus emptionis, & venditionis fiebant, Iustinianus (qui antiquitate scribit) docet in principio inst. de testam. & Alciat. in l. verba gesserunt ff. de verbo. signifi. & simile quoddam negotium contractui dicitur testamentum quod inter heredem & testatorem agitur §. sed neque vbi tex. egregius inst. de testam.

Hinc ferè et omnes censent prohibitum statuto contractum, seu alienationem in non subditos, vel extra territorium, & eamque in extrema voluntate, in testamento concipitur veritatem censerit argu. l. fina. C. de reb. alie. non alienan. in principio l. si quis prioris §. ceterum C. de secundis nup. docent omnes in l. filius familias §. diui deleg. 1. Sanè et testamentum contractus quidam interuiuos videtur, & inter eos actus qui interuiuos celebrantur, numeratur l. eandem in princ. ff. de duobus reis. verbo contractibus, iuncto verbo testamento: nam inter reliqua contractuum genera, quibus duo rei constitui possunt, quæ illic l. Cofultus expressit, etiam testamentum adiecit. Sed de hac disputatione fufe Tiraq. ad il. connubia. glo. 5. num. 93. Ronchegal. in d. l. eandem num. 290. de duob. reis.

Hinc illud, posse et in testamento, & extremo vita spiritu contractus celebrari inter heredem & testatorem. l. quidam cum filium vbi Bart. ff. de hered. institu. similiter inter testatorem & tutorem de suscipienda tutela l. spadonem §. 1. ff. de excusa. tuto.

Et generaliter et predictum est, posse in testamento contractus celebrari glof. celebris. Et si notissima in l. heredes palam §. fina. vbi Bart. Bal. Salicet. Paul. de Cast. ff. de testam. idem Bart. in l. cum quis descendens §. codicillis num. 5. deleg. 2. Bal. in l. ex testamento num. 1. C. de fideicom. vbi Salicet. Areti. Alex. Iass. & Corn. num. 2. Lapp. allega. 91. sub num. 5. vbi Mandos ad eum Parisi. qui communem conf. 2. num. 19. lib. 3. post Roma. conf. 171. col. 2. idem Parisi. conf. 45. num. 36. lib. 4. Dida. in rubr. de testam. part. 3. num. 17. Boer. decisio. 353. num. 4. Clar. lib. 3. sententiarum quaest. 75. vbi fufe Mant. de coniect. vltima. volun. lib. 3. tit. 18. nu. 11. & lib. 8. tit. 1. num. 36. Et patet adductis Spin. in suo tracta. de testam. glof. rubr. 1. part. num. 13. Laticello. in consuetud. Alex. verbo legare quaest. 7. a num. 7. cum sequent. multis Math. de Mathe. id. cap. 27. nu. 26. Mencha. d. §. 23. num. 4. qui disputat & erudire, qui obiectis etiam satisfacit communem dicens: Surd. d. decisio. 149. nu. 4. 15. & sequent.

His et accedit confessionem factam in testamento parte presente, & acceptante probare plene & non reuocari, reuocato etiam testamento, quia habet vim confessionis factæ interuiuos Bart. in l. cum quis decedens §. codicillis num. 5. de leg. 3. quia vt dictum est, potest in testamento contractus celebrari. Sequitur Bal. in l. rationes num. 2. C. de proba. Alex. conf. 45. num. 6. lib. 1. Anchar. Rigen.

dollet contractus naturam potest heres contineri, & duobus licet testibus promissio probari: Sed si deficiant cogitur iurare, qui si nollit tanquam conuictus soluere omnia, tenetur etiam nullo teste id asserente l. fina. iuxta intellectum Bart. communem C. de fideicom. quem tex. sic verè ille intellexit in l. nemo potest collat. 1. de leg. 1. vbi Imo. Alex. num. 9. Iass. in l. lectu. num. 18. & 19. idem Iass. in d. l. fin. num. 17. vbi & communem dicit, idem Iass. in l. 2. num. 11. C. de bono. possessio. secun. Tabu. Gual. de arte testam. titu. 2. caute. 3. num. 1. & sequenti post Cepol. caut. 129. & hunc intellectum sequitur, & defendit à Iass. obiectis Ripp. in d. l. nemo potest. num. 29. Crot. in repetitio. nu. 12. Annibal. num. 187. Vasq. Mencha. tracta. de successio. creati. part. 1. lib. 3. §. 23. nu. 12. Math. de Math. tracta. de num. testi. in testam. requi. cap. 27. num. 22. Et idem intellectum communem asserit Clar. qui multos in §. testamentum quaestio. 75. nouissime comprobatur Surd. decisio. 149. num. 12. & 13. qui & communem repetit multas citatis.

Neq. et contractus hic, vel promissio in testamento facta reuocatur reuocato testamento, cum vnus & idem actus possit valere vt vltima voluntas, & vt contractus l. si aua vbi Salicet. num. 2. C. de iure deliber. & post multos Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. titu. 18. num. 12. post Iass. Rip. Crot. & supra relatos in d. l. nemo potest delega. 1. Surd. d. decisio. num. 14.

Neq. et reuocari promissionem, aut contractum irritum, vel reuocato testamento, communis est ferè omnium paucis exceptis sententia Bal. & Caliren. in d. l. heredis palam §. fina. Boer. qui multos. d. decisio. 353. nu. 4. Mant. tracta. de coniect. vltim. volun. lib. 8. tit. 1. nu. 36. Iass. in d. l. nemo potest nu. 34. Tiraq. qui multos in l. connubia. glo. 5. nu. 102. versu. Et his quidem contractus, & eandem tenuit Spin. d. tracta. de testam. glof. rubr. 1. part. num. 13. Laticello. in consuetud. Alex. verbo legare quaest. 7. a num. 7. cum sequent. multis Math. de Mathe. id. cap. 27. nu. 26. Mencha. d. §. 23. num. 4. qui disputat & erudire, qui obiectis etiam satisfacit communem dicens: Surd. d. decisio. 149. nu. 4. 15. & sequent.

His et accedit confessionem factam in testamento parte presente, & acceptante probare plene & non reuocari, reuocato etiam testamento, quia habet vim confessionis factæ interuiuos Bart. in l. cum quis decedens §. codicillis num. 5. de leg. 3. quia vt dictum est, potest in testamento contractus celebrari. Sequitur Bal. in l. rationes num. 2. C. de proba. Alex. conf. 45. num. 6. lib. 1. Anchar. Rigen.

Rigien. quæst. 58. lib. 7. Meno. tracta. de præsump. lib. 3. præsump. 35. num. 32. Lancel. in d. consuetu. Alex. in verbo. vigente num. 20. quæst. 8. & qui in numeros erudite comprobans Surd. decisio. 127. à num. 14. cum sequent.

14 Et cū hæc in contractibus locū habeant, & in contractu matrimonij non aliud iudicandum: potest enim quisque etiam in articulo mortis dum sanæ sit mentis matrimonium contrahere, & ex eo filij antea geniti legitimi redduntur. c. tãra est vis ex. qui filij sint legi. vbi Ioan. Andr. Henrri. Panor. & posteriores Bal. Cuma. Arctin. Iass. num. 4. & 10. in l. sed est quæstium ff. de libe. & posthu. Anto. Gabri. qui multos in commu. titu. de legitima conclu. 1. per totam Sarmien. li. 1. selecta. interpretæ. cap. 6. Parisi. consil. 13. num. 66. lib. 1. Bursat. conf. 40. num. 70. li. 1. Tiraq. in l. si vnquam verbo susceperit liberos num. 73. C. de reuocan. donatio. Meno. conf. 226. num. 78. lib. 3. idem Menoch. lib. præsump. 4. præsump. 83. num. 78. & præsump. 5. num. 16. lib. 5. Osa. decisio. 154. per totam Thesau. decisio 96. num. 3. & sequent. Peregr. tract. de fidei. art. 24. nu. 59. Ex Hispanicis scriptoribus Dida. in Epito. ad 4. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 10. Rojas in Epito. successio. ab intesta. cap. 2. num. 23. Didac. de Cas. & Cifuen. in l. 12. tau. Spin. in suo tract. de testam. glo. 15. num. 102. & sequen. Mencha. de successio. creatio. 1. par. §. 10. n. 506. idem lib. 3. qq. vsufreq. cap. 41. num. 4. Sarmien. d. cap. 6. Ludo. de Molin. de Hispa. 1. lib. 2. cap. 5. num. 25. Gutier. lib. 2. practici. quæstio. quæstio. 105. num. 9. egregie ante omnes Cels. Hugo. conf. 73. num. 12. cum enim solo consensu contrahatur matrimonium, & sic contractus, quemadmodum illi in extremis perfici possunt, ita matrimoniū. 15 Atque ꝑ idem hodie iure nouissimo Concilij Trident. seruata illius forma, potest enim parrochus coram duobus vel tribus testibus vtriusq. contrahentium consensum explorare, & agnito, eos benedicere.

16 Tætãuit Spin. ꝑ supra declarare quis dicatur in mortis articulo constitutus: & ait eum qui morti proximus est, de cuius salute desperatur, Addit post in verbi. hoc supposito, eum dici in articulo mortis qui in extremo vite puncto constitutus est, quo nihil ille efficere potest, quod nec velle habeat aut nolle, hæc ille: ꝑ quæ quam contraria sint hæc & vel cæcus viderit. Sciendum ꝑ igitur ius canonicum animaram fauore eos in mortis articulo dicere constitutos, qui & si viuât & viuere possint, propter mortē tamē quā secundum verisimilem medicorum peritiam, aut periculum quod sperant, instantem, vident iam

19 morientes arbitrantur. His hoc cōtingit qui in grauiissima infirmitate constituti medicorum iussu, iuxta sacras constitutiones cōfiteri, Eucharistiam sumere, & extremā vñtionem iubentur: si enim instans mortis tempus expectaretur cum anima (quæ in corpore est in qualibet corporis parte) corpus deserre incipit ad Deum Altissimum qui eam creauit reuersura, iam tunc nec loqui aut confiteri peccata possent: Ita ꝑ factum vt modo animaduerti quod eos iura canonica in mortis articulo dixerunt constitutos, vt peccatum nullum, iniuria quæuis & si grauissima tunc reseruata censeantur cap. felicitis ibi glos. de pœnis in 6. cap. pastoralis. de offici. ordina. Clem. cupientes de pœnis in Clemen. in extrauaganti inter cunctas §. duos in extrau. communi. tex. insignis in cap. si quis positus de pœnitent. distinc. 7. & S. Concilium Trident. in cap. 7. in fine sessio. 14. Gemina. Donini. & ceteri in d. cap. felicitis Felin. in tracta. de Indul. num. 16. Rebuf. erudite in Explica. Bull. Cœnæ Domi. in verbo, mortis articulo, vbi ꝑ post Panor. & Hostien. in cap. præterea in 2. de officio ordinarij scribit omnem eum dici in articulo mortis cōstitutum qui probabiliter illico mortem potest obire, difficile enim (inquit ille) esset omnes casus percurrere Azpil. idem in explicatione eiusdem bullæ & in eodem verbo. Vinal. in Cardela. Aur. tit. de absolu. num. 59. & 60. in 1. part. & in explicatione eiusdem bullæ nu. 136. & sequen. Quamquam ꝑ scio quoad absoluteionem consequendam credere multos aliud esse articulum mortis, aliud periculum vt hoc solum non sufficiat quoad absoluteionem in vim bullæ cruciatæ consequendam quæ in pugnante muliere, in eo qui mare ingreditur, & in eo qui bellum agreditur, exēpla perhibent. quemadmodum docet frater Manue. Rodri. in explicatione eiusdem bullæ §. 9. dubitatio. 3. sed hæc theologis.

22 Hoc autem ꝑ scribere libet verè domi. de Soto affirmare in 4. d. 18. q. 4. art. 4. iuris interpretes, verborum confudisse proprietatem, nam aliud est periculum mortis, aliud mortis articulus, quia & sanis mente & corpore in multis imminet mortis periculum, sed ea quam ipse interpretatione supra explicauit vitanda obiectio est, sit enim animarum fauore latissima interpretatio.

23 Apud bonos ꝑ autem auctores, Cicero-nem & Iurisconsultos nusquam mortis articulum legimus. Sed extremum vite spiritum Cicero sæpè in 2. de fini. bo. & mal. & pro Tora. I. C. in l. 3. & sequent. ff. de dona. caus. mor. l. 4. ff. de adimen. vel transf. lega. Virgili. 2. Ænei,

Extre-

Extrema moriens tamen alloquor hora. Est alibi eodem lib.

Extrema iam in morte parant defendere telis.

24 Neq. ꝑ recte ad institutum quæstionis ab eo propositæ Spin. declarauit verba cap. in quadam ex. de celebratio. missa. cum dicit: & inclinato capite tradidit spiritum: nam cum antea dixisset, cum in mortis articulo constitutum dici, de cuius salute desperatur, adducit tex. in d. c. in quadam, in ea, quæ scriptusimur verba, quæ in totum illius contrariantur traditioni, & communi sententiæ, cui supra adhæsi: verè igitur ille tex. non de proximo morti Christo loquitur, sed de eo ipso articulo in stanti, & benedicto ad patrem transitu: vnde sanctissimus post histographus subiungit: Videns autem centurio quod sic clamans expirasset, glorificauit Deum dicens, vere filius Dei erat iste: credidit enim centurio supra naturam esse hominem mori incipientem, animamq; tradentem clamare posse, quo tempore vt supra scripsi, & visus deficit, auditus, & census omnes irruente morte absumuntur. id igitur quod Christus fuit miraculo tribuendum est vt theologi docent.

25 Iacob. ꝑ autem Menoch. tractat. de præsump. lib. 6. præsump. 93. à num. 1. in explicatione illius articuli an saluari præsumendū sit eum, quem in extremo vite exitu peccasse pœnitet, eum morti proximum dicit de cuius salute desperatur & si viuere possit.

26 Declara primo ꝑ vt matrimonio in mortis articulo contracto, legitimentur etiam filij antea concepti, & si afforent substituti sub conditione si sine liberis: ita Felin. in d. cap. in præsentia num. 36. post ceteros canonicas de proba. non enim in fraudem substituti quidquam fieri dicitur, quoties quis suo vtitur iure. Alex. in l. si quis posthumos in 4. ff. de libe. & posthu. Iass. in d. l. sed est quæsitum num. 11. Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus num. 48. ff. ad S. C. Trebell. Parisi. cōf. 13. num. 68. lib. 1. Grab. in commu. lib. 6. tit. de legitima. num. 30. Boer. decisio. 159. nu. 20. Ripa. in rubr. si cer. peta. num. 3. & in l. si vnquam num. 86. C. de reuo. donat. vbi Tiraq. in verbo susceperit liberos Bursat. conf. 40. num. 70. lib. 1. cum sequen. Osa. latè decisio. Pedemont. 154. à nu. 1. cum multis alijs Thesau. decisio. Pedemont. 96. num. 3. & 5. Viui. in commu. opini. 492. Matrimonium Peregr. tracta. de fidei. art. 24. num. 59. vers. sed vtrum valeat. Alexan. Rauden. tracta. de Analog. cap. 36. à num. 1. per totum ex Hispanicis interpretibus Dida. in Epito. ad 4. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 10. & sequen. Ludo. de Molin. tracta. de Hispano. primog. lib. 2. cap. 5. num. 26. Dida. de Castil. & Cifuen. su-

præ citati Rojas in Epit. successi. ab intesta. cap. 2. num. 23. cum ante & post seq. Spin. in d. glos. 15. tract. de testam. num. 105. Et ante eos Gregor. Lope. in l. 1. glo. magna. titu. 13. part. 4. Mencha. lib. 3. quæst. vsufre. cap. 41. nu. 4. & 5. Cels. Hugo. d. conf. 73. Alua. Valas. decisio. 94. num. 3. Rode. Xuar. in l. 9. tit. 11. lib. 1. foro. Acolt. in cap. si pater in verbo si absq; liberis num. 35. de testam. Sarmien. d. cap. 6. Aluar. de coniectura. men. defunct. lib. 2. cap. 3. num. 9. Cancer. lib. 3. resolu. cap. 11. num. 231. vbi rectè scribit non esse tutam contrariam & iuxta eam respondit nouissimè Casian. conf. 22. à num. 4. cum sequent. lib. 1. & licet quidam contrariam tenuerint sententiam, ea tamen communi omnium voto improbat.

27 Sunt ꝑ qui vellint, tunc quidem non excludi substitutum propter subsequens matrimonium contractum in mortis articulo, quoties id in fraudem fieret: illius fraudē vero conijciunt multi eo ipso, quod matrimonium in extremo mortis articulo contrahitur, quo tempore spes prolis nulla est: sic in specie docet Angel. in d. l. sed est quæsitum ff. de libe. & posthu. idem Angel. in l. nuper C. de natura. libe. quem sequuti sunt multi, Deci. in d. cap. in præsentia num. 56. Socin. in d. l. sed est quæsitum. Ruin. conf. 211. num. 7. & 8. lib. 1. Curti. iun. conf. 26. num. 9. Cels. Hugo. d. conf. 73. num. 32. Parisi. conf. 13. n. 56. lib. 1. Tiraq. qui alios in d. l. si vnquam n. 74. in verbo susceperit liberos Cæpha. confil. 239. num. 10. & 17. lib. 2. & 276. nu. 30. Berret. conf. 102. num. 20. Menoch. conf. 226. num. 21. lib. 3. idem Menoch. d. præsum. 83. num. 78. lib. 4. Et alij quos rececet Mencha. d. cap. 41. num. 5. Tiber. Decia. respon. 5. nu. 72. lib. 1. licet is contrariam post num. 73. & alij à Peregr. relati d. arti. 24. num. 55. ad finem Pela. tract. de maio. Hispa. par. 2. quæst. 1. num. 2. qui multis rationibus & iuribus etiā mouentur. Sed ꝑ cum hic articulus intricatus sit, & Menochi. nouissimè d. conf. 226. validdissime aduersus communem intendat, opere prætium erit, eum ex integro verè, & præter aliorum sententiam cum communi extricare.

29 Primo ea ratione ꝑ intendunt quod mortis proximus pro mortuo habeatur l. huic scripturæ l. ait lex ff. ad l. Aquil. sed ꝑ nihil omnino facit: vbi enim lex fingit propter actionem legis Aquilæ, cedendum, & dignoscendum an hæredi, aut legatario illius, legis actio competat, nisi enim retroactina fictione fieri potuit, vulneratum seruū & post aditam hæreditatem, mortuū tempore, quo fuit vulneratus censerit, idq. aperte lex indicat illis verbis d. l. ait lex. annus autē retror-

sum

sum computatur argu. eorum qua Bart. Iaff. Crot. & alij in l. si is qui pro tempore de usu ca. l. lex Cornelia de vulg. l. lex Cornelia ff. de ca. & post limi. reuer. Nihil in hac specie cum fictione agitur, sed verè ab eo qui viuunt matrimonium trahitur.

31 Argumentatur ꝑ secundo Menoch. ex l. si filia ff. de diuor. & ex l. filia meę ff. soluto matri. stipulatus fuerat pater sibi reddi dotem soluto matrimonio morte filia, & cum lex mortis, & diuortij casum inequali iure terminet. l. si cum dotem ff. solut. matrimo. videbatur patrem filia donasse vbi matrimonium diuortio fuisse solutum: & cū grauius filia egrotaret, ei maritus repudiū misit vt dotem lucraretur; Respondit Vlpian. repudium in fraudem missum fuisse ne dos ad patrem reuertetur, sed apud filiam vel illius heredes remaneret: id vero nec patri aut illius nocere heredibus, quo minus dotē consequi possit nocere potuit, in fraudem enim repudium missum censetur, eo scilicet tempore, quo filia mors instabat. eadem ipsa iura adduxit Cels. Hugo. d. cons. num. 32. sed ea non obstant, non enim vim faciunt in egritudine, quę ad mortem est, nec de tam graui infirmitate loquuntur, vt in articulo mortis posita filia dici possit, nam de egra tantum loquitur d. l. filia meę: ideo autem iura illa in fraudem missum fuisse repudium censent, quia expressim de fraude constabat, quia maritus repudium ideo se vxori mittere velle antea dixerat, vt patrem dotis recuperatione frustraret: quemadmodum non obscure d. l. filia meę verba priora ostendunt: *Filia meę (inquit) emancipata & egra, vir in hoc repudium misit, vt mortua ea dotem potius heredibus eius quam mihi redderet.* Nec tex. in d. l. filia de infirma loquitur vxore, sed de ea, quę vt patre à dotis recuperatione fraudaret, ea ex causa diueterat, at in nostra specie non alia fraudis coniectura adducitur, quam quod in mortis articulo matrimonium fuerit contractum, quę non sufficit.

32 Rursus ꝑ loquuntur iura hæc in contractu mero, in quo & alijs dolus, & fraus doloso prodesse nequit. l. dolo. C. de inuti. stipu. ad ea, quę omnes in l. si quis cū aliter ff. de verbo. obliga. in matrimonio quęstio nostra est, & ꝑ si enim contractus sit, quatenus tamē sacramentū siue fraude fiat, siue dolo, siue etiā dolo det causam matrimonio, aut in eo incidat, valet matrimonium secundum glo. ab omnibus receptam in cap. cum dilectus de his quę vi metus ve causa fiunt vbi Panorm. & alij glo. in l. Dito Pio ff. de ritu. nupt. quā dixit singularem Bald. in l. r. C. plus valere quod agi. cum alijs coniectis per Didac. in Epito. de sponsa. 2. par. cap. 3. §. 7. n. 3. & 4.

34 Tertio ꝑ ponderat tex. in cap. 2. de renuntiatione lib. 6. clericus & si in articulo mortis potest renunciare suę præbendę, & tamen in d. cap. 2. deciditur clericum in extremis laborantem suę renuntiantem tenui præbendę in fraudem expectantis, vt is pinguem expectans, tenuem necesse habeat acceptare, ideo non valere statuit Roma. Pon. quia in mortis articulo facta in fraudem expectantis censetur. Hac argumentatione Cels. vitur d. cons. num. 32. & Menochi d. cons. num. 17. & cons. 108. num. 17. & 18. li.

35 Sed ꝑ vt cum bona tantorum patrum venia dixerim male argumentatur ab eo tex. qui nihil omnino facit; loquitur enim de clerico qui cum nulla infirmitate detineretur & præbendam haberet pinguem, alteram tenuem, vt frauderet expectantem à pingui, quam vnus Ecclesię eiusdem clericus possidebat in mortis articulo constitutus, tenuē præbendam renuntiavit: respondit Roma. Ponti. dolum clerici renuntiantis expectanti non nocere: & hic verus illius cap. sensus est, non igitur illic renunciabat in mortis articulo constitutus, sed sanus alter Sacerdos. Rursus & si vera foret traditio in specie illius tex. fraus ex alijs colligebatur quemadmodum illius verba indicat, veluti quia præcessisset comminatio aliqua de renuntiano dicto tenui beneficio: atq. ita illum tex. intelligit & declarat Salice. in authen. nisi rogati C. ad S. C. Trebelli. nu. 5. vbi Innocen. & alios refert canonistas, & asserit communem Panorm. in cap. in presentia num. 46. de probatio. Mantie. tractat. de coniect. vltima. volum. lib. 10. tit. 4. num. 191.

36 Quarto ꝑ post Cels. Menochi. comprobatur auctoritate Ioan. Andr. in ca. in presentia de probatio. existimauit ingredientem monasterium in mortis articulo vt substitutum excluderet à successione; ideo non valere ingressum, quia in fraudem id factum sit substituti. And. sententiam ex Deci. in d. cap. in presentia num. 56. communem dicit Ruin. citans Alciat. respon. 516. num. 4. id idem in matrimonio dicendum: Addendi Tiraquel. tracta. de retract. contien. §. 3. glo. vnica. nu. 17. 18. Grass. de successio. abintesta. §. fidei commissum. quęst. 45. num. 4. vbi colectiones recenset. Boe. decisio. 354. Vincen. de Fran. decis. 29. 1. par. & his nō citatis Spius tract. de testa. glo. 15. num. 105.

37 Huic ꝑ argumento multipliciter responderi potest: In primis quod per ingressum monasterij substitutus excludatur, quia habetur loco filij, & tanquā talis ingrediens nō dicitur sine liberis decedere tam anceps, & controuersa est vt quę sit communis, quę verior, sub iudice lis sit. Qui tenent affirmati-
uam

38 uam eam communem dicunt, qui negatiuam receptiorem. Hoc ꝑ vnum scio pro negatiua non excludi substitutum sepius fuisse iudicatum maximè quando substitutus esset delibris Osasc. decisio. Pedemonta. 126. post Boeri. decisio. 354. Vincen. de Fran. decisio. 29. 1. part. & Italiae sepius idem iudicatum testatur Canalca. decisio. 7. num. 32. quia num. 1. illius decisionis quę in tertia part. est latè, & diffusè hunc articulum tractat. sed si vera foret affirmatiua opinio excludi substitutum.

39 Respondetur ꝑ secundo intelligendam vt in mortis articulo constitutus ingrediendo monasterium non ex eo solo quod sit proximus morti in fraudem fecisse substituti credendum, ideoque ingressus non teneat, quia & præter eam coniecturam alia requiritur scilicet comminatio præcedens de ingrediendo in illius fraudem, aut alia similis, solius enim mortis instantis non sufficit coniectura ex receptiori aduersus Menoch. sententia. Ruin. consil. 78. numer. 8. lib. 3. Decius in d. cap. in presentia num. 61. asserunt communem & veram Parisi. consil. 13. num. 67. 68. lib. 1. & Mantie. de coniectu. vltima. volunta. lib. 10. tit. 4. num. 26. Molin. qui alios tractat. de primogen. Hispanor. lib. 2. cap. 5. num. 28. 29. Peregrin. tractat. de fideicom. artic. 24. num. 59. versic. verum tota difficultas, qui Rip. Gabriel. & alios refert Didac. in Epito. ad 4. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 10. Et ꝑ recte quia in dabo potius vt animæ consulat quam vt substitutum excludat id fecisse præsumendum Gozadi. consil. 90. num. 5. Mantie. d. tit. 4. num. 18. ad finem Deci. Felin. & ceteri in d. cap. in presentia.

40 Quintum ꝑ Celsi. & Menoch. argumentū sumitur à traditione Ancharra. consil. 42. r. respondit is, quod & si pater (quia actus est voluntatis) possit quodocunq. filium vel filiam emancipare, & ex filia nepotem: attamen emancipatio facta in fraudem illius vel neptis ex ea non valet, quod tunc maxime in fraudem factam censetur cum filia in extremis laborat Anna. consil. 23. Castren. consil. 339. lib. 2. Deci. consil. 244. nu. 6. Cels. Hugo. d. consil. num. 32.

41 Respondetur longe diuersum casum esse de eo qui matrimonium contrahit in mortis articulo, ab eo qui in d. argumentatione obijcitur; nam priori casu moriens matrimonium contrahit quod in dubio vt anime magis cōsultat fecisse censetur quam in fraudem alterius; ex his quę modo ex Mantie. & alijs in superiori argumento; At in casu Ancharra. pater sanus & nulla detentus infirmitate emancipabat filiam in extremis agētem, quo casu

filia nihil potest de patris factio imputari, ideo non mirū si illius factum sibi nō noceat.

42 Sexto ꝑ argumentatur Meno. à traditione Alex. in l. si filio. §. si vir in quinquennium ff. solut. matri. docuit, quod & si liberum sit marito fundum dotalem ad quinquennium locare, si tamen in fraudem vxoris morientis id faciat locatio non valet: hanc eandem rationem Meno. à Cels. usurpauit d. cons. & num. 32. ad medium Tiraq. de retrac. conuentio. §. 3. num. 19. glof. 1. qui idem scribit in Pralato locante res Ecclesię.

Argumentum hoc facile vt proximum tollitur, nam locatio fit ab eo qui sanus est in fraudem vxoris infirmę, & in viuente magis quam morti proximo, qui suę salutis immemor non censetur. l. si quis ingrati §. si quis moriens ad S. C. Sillania. & tex. insignis in l. fina. C. ad l. Iuliam repetun. Non enim præsumendum vt tex. in d. ca. 1. de fina. ex matrimonio. ad morga. contrac. dixit quemquā in peccato viuere velle, aut mori, vnde vtriusq. casus dispar ratio est.

43 Septimo ꝑ argumentatur Cels. & Meno. à celebri & famigerata doctrina Angel. in l. sed est quæsitum ff. de libe. & posthu. scriptu. relinquit, quod & si pater possit tñlium illegitimum legitimare nō tamē id potest quoties in fraudem facit alicuius, id tunc, inquit ille, contingit, quoties existens in extremis cū concubina matrimonium contrahit, in fraudem enim substituti facere censetur: sequenti fuerit Angel. doctrinā Ruin. consil. 211. nu. 7. 8. lib. 1. & cons. 46. n. 8. lib. 2. cons. 163. nu. 7. lib. 3. Curt. ium. cons. 26. n. 9. Tiraq. qui alios in l. si vnquā verbo suscepit. liberos nu. 74. C. de reuocan. donatio. Alciat. respon. 616. n. 4. Cæpha. qui multis, id sequitur cons. 239. n. 10. & 17. lib. 2. Addit idem Meno. nu. 22. verā esse Angel. traditionem ex simili Ioan. Andr. traditione in ca. tãta. col. 2. ex. qui filii sint legi. ꝑ dicētis, legitimatiōe factam per subsequēs matrimonium in mortis articulo, nullum primogenito in iure primogenitura præiudiciū inferre iam legitime nato, vt ei alter ius auferat primogenitura. Addiderim ipse Meno. & Celsi. traditionibus alios non inutilibus rationibus eandē Angel. doctrinā sequutos fuisse: & idē Angel. alibi in l. nuper n. 3. de natura. libe. idē censit cuius doctrinā mirabilem asserit licet de ea dubitet Felin. in d. cap. in presentia n. 39. Alciat. cons. 140. nu. 6. lib. 9. Cæpha. cons. 176. nu. 30. Socin. in d. l. sed est quæsitum. Rosell. tracta. de legitima. cap. de causa materia num. 41. ad em Meno. cons. 108. num. 21. lib. 2. Onde. cons. 32. num. 45. qui alios.

45 Huic ꝑ argumento respondetur Menochij Celsi. & aliorum traditionem veram non esse, &

se, & receptiorem opinionem esse in contrarium, quod non ex solo matrimonij contractu in mortis articulo celebrato nisi alia extant coniecturae fraus praesumitur, atque ideo valet etiam ad damnum substituti, quem admodum in responsione ad 4. argumentum animaduerti ex traditione Molin. Mantii. Peregrin. & aliorum: id ipsum latissime probat & defendit idem Mantii. d. tractat. de coniectu. vltima. volunta. lib. 11. titu. 13. a num. 1. vbi & obiectis quibusdam respondit post Didac. d. §. 2. num. 10. Ex his inferitur non recte censisse Pelay. nostrum in tracta. de maiorati. Hispan. part. 2. quaest. 1. num. 2. qui post Roderi. Suar. docuit legitimatum per subsequens matrimonium contractum in mortis articulo in maioratibus non succedere ad exclusionem alterius vocati, qui traditione Angel. mouetur in d. l. sed est quaesitum. communiter improbata, & longe rectius alij docuerunt Hispanici scriptores cum communi; qualis Molin. in loco supra adducto Mencha. lib. 2. controuer. vsusfreq. cap. 41. num. 5. Spin. qui alios tracta. de testam. glo. 15. num. 105. Didac. in 4. 2. part. cap. 8. Didac. de Castill. Cifuen. Rojas, & alij ab eo relati num. 101. Neque obstat Ioan. Andree traditio, quam idem Menoch. in tuitio- nem praedictae argumentationis adfert & qui in d. cap. tanta scripserit legitimatum factam per subsequens matrimonium in mortis articulo in praedictum nati post contractum matrimonij non valere quoad effectum vt priori nato ante matrimonium primogenitura deferatur, quoniam & Ioan. Andree opinio communiter refellitur ab omnibus, quia ex sequuto matrimonio vere legitimus efficitur. d. cap. tanta l. cum quis C. de natura. libe. & ideo excludit secundo genitum in primogenio; quemadmodum & de iure primogeniturae loquendo censit Felin. in cap. prudentiam num. 9. de offic. de leg. Ioan. Linci. tractat. de primogeni. lib. 1. quaest. 14. num. 19. Tiraquel. tractat. de iure primogeni. quaest. 34. num. 47. Doctissimus Gregor. Lop. in l. 2. titu. 15. part. 2. glos. *Sino el hijo mayor*. quem alter refert & sequitur eruditissimus Molin. tractat. de primoge. Hispan. lib. 3. cap. 1. num. 5. & 6. idem Molin. eo tractat. lib. 2. cap. 2. num. 23. & inaduertenter alioquin doctissimus Peregrin. d. tractat. de fideicom. artic. 24. num. 35. dixit communem fore sententiam contrariam. ad quam Tiraquel. Tancre. Molin. & alios citat quosdam, cum Molin. & quos ille refert contrariam tueantur. Nam Molin. num. 7. in quo loco eum adducit, casum mutat diuersum, scilicet an legitimatus per subsequens matrimonium excludat legitimè natum cō-

stante matrimonio quoties aliud matrimonium intermedium fuit, & non excludere in iure primogeniturae rectè cum communi scribit multos adducens; quanquam inter Hispanos scriptores maxima sit controuersia, alijs affirmatiuam, ceteris negatiuam defendentibus, quos Molin. refert & praeter eum Peralt. in rubr. de hered. instituten. num. 122. Gregor. Lop. in l. 2. titu. 25. part. 2. verbo. *Sino el hijo mayor*, Aluarad. de coniectur. men. defunct. lib. 2. cap. 3. §. 2. num. 11. 12. Sed haec questio extra propositum tractatus est. nisi & in hac specie matrimonium secundo contractum in mortis etiam articulo celebratum foret. nam eo casu adhuc communis opinio sustinenda est ex his rationibus quas Molin. & Peregrin. adferunt, & ex his quae Didacus Couarruias licet contrariam ibi defendat in Epito. ad 4. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 28. qui communem.

49 Octauo argumentatur a consil. Crauet. 82. num. 3. lib. 1. cum scribit permutationem beneficij factam in mortis articulo in fraudem patroni factam censeri, vt ei ius auferat praesentandi. Et tamen permutatio semper licita est. huic respondetur facile in casu & specie Crauet. permutationem fuisse in fraudem patroni non ex eo solo quod in mortis articulo fieret, sed quia permutabat moriens cum illius nepote quo casu facilius vt ille probat, ratione coniunctionis praesumitur fraus: tum etiam quia beneficium quod moriens cum nepote permutabat erat altero pinguius, quibus concurrentibus rectè, & mihi videtur, censuit Crauet. permutationem in fraudem factam censeri.

50 Nono & argumentatur a traditione glosae in cap. de his de sepultu. quam omnes sequuntur: Et si pater possit vendere, alienare, & transportare bona sua, atque hoc modo filios in consequentiam legitimae priuare; si tamen in fraudem eorum, non licet, fraus vero praesumitur quando morti proximus suspectis persona bona vendit. d. glos. in cap. de his. quam post ceteros sequitur Couar. in cap. Raynun. de testam. §. 10. num. 9. versic. quarto. eadem de testam. & alij multi quos conijecit idem Menochi. tractat. de recupera. possessi. remed. 9. num. 173. Respondetur verum non esse patrem ex eo solo quod proximus sit morti in fraudem filiorum alienare censeri, nisi concurrant aliae coniecturae qualis venditio facta suspectis personis, aut alia similis. vt Dida. d. loco docet & ceteri omnes. Nam vt dixi in principio huius cap. non dabitur esse posse quemlibet in mortis articulo contrahere: at cum nulla subest

subest alienandi causa, fraus in alienatione huiusmodi in extremis facta praesumitur. quia cum filijs communi voto parentum hereditas debeatur l. nam & si parentibus ff. de inoffi. testam. l. scripto ff. vnde liberi, quando eis sine causa adimitur, iniuria irrogatur, & damnum inferitur, in nostra vero specie, & si in substituti exclusionem in consequentiam fiat matrimonium, tamè non in fraudem illius contractum praesumitur & quia matrimonium contrahere ex sui natura opus est meritorium, nam gratiam confert, quia Sacramentum, & asserere contrarium heresis foret cap. 7. & 8. sessio. 7. S. C. Tridentini igne cap. 1. eius sessio. & fraudis praesumptio ab hac omnino excluditur argum. l. merito cum alijs ff. pro foci. excludit enim fortior praesumptio alteram l. Diuus ff. de in. restit. mino.

51 Decimo & adducit tex. in l. titius ff. ad S. C. Trebell. & si haeres institutus, & grauatus restituere quod sibi supererit, tempore quo moreretur, possit fideicommissi bona alienare propter facultatem a testatore concessam, illis verbis (*quod sibi supereret*) atqui bona haec in fraudem substituti alienare ad libitum non poterit animo euertendi fideicommissum, vt illic docent. Castren. Cuma. Alexand. & alij; id ipsum comprobat alijs rationibus, ibi Menoch. qui Ruin. citat. consil. 163. num. 4. lib. 3. Existimantem, & grauatum praesumi in euertionem fideicommissi bona illius donasse, quoties in extremis agens id fecit. Respondetur tex. in d. l. titius potius nostram tutari opinionem; non enim distinguit tempus mortis ab alio, sed indistincte statuit posse grauatum quancumque alienare, dum id non faciat animo infringendi fideicommissum. Ruin. autem non ex solo instanti mortis articulo mouetur, sed quoties alia concurrant coniecturae: atque ita expressim scribit in specie d. l. titius idem Menoch. lib. praesumptio. 4. praesumptio. 188. num. 15. in quo cap. ea, quae ad intellectum d. l. pertinent adfert. Rursus actus ille alienandi vt supra tetigi nihil ad Deum aut meritum, quemadmodum contractus matrimonij in mortis articulo, quem ideo concelebrasse in facie Ecclesiae credendum, vt animè potius consulat, quam vt substitutum excludat: vt rectè post alios a me. supra relatos docet Mantii. d. lib. 11. titu. 13. a num. 11. eum sequent. Cetera vero argumenta, quae Menoch. adfert extra casum questionis sunt, non enim de moriente loquuntur, vt noster est casus & videris lector optimè quam periculosa sit consulentium merces, qui eoducuntur quo pecunia agit. Et quod nisi sum,

mo animi morore dixerim, idem ipse Menoch. contrarium docet expressim lib. praesump. 5. praesump. 5. num. 16.

55 Rectius itaque & sentiendum, huiusmodi legitimationem per contractum matrimonij & si in extremis, substitutum excludere, neque ex sola instanti morte fraudis, aduersus eum coniecturam capi. primo, actus qui se habere potest ad bonum, & ad malum, in dubio bonus est iudicandus, siue exquiras ius diuinum aut humanum ca. 2. ex. de reg. iur. quem sic egregie declarat Panormit. in cap. 1. nu. 7. de cleri. non resi. & qui eum refert, & multis illustrat similibus idem Menoch. tractat. de praesumpt. lib. 5. praesumptio. 2. num. 6. vbi num. 1. pro regula statuit, in dubio neminem delinquere, aut peccare praesumendum d. l. merito. l. item apud Iabeonem §. si communem ff. de iur. iuran. quin imo, illic inter cetera nu. 25. vt & in hoc tractatu animaduerti, ait praesumi in dubio potius matrimonium clandestinum, quam adulterium; ex traditione Bald. in l. quicumque num. 24. C. de seru. fugi. Felin. in cap. 1. num. 18. de praescrip. cuius tamen, & aliorum traditio, vt hoc obiter animaduertam iure nouo Concilij Tridentini antiquata est: nam & hodie cum clandestina matrimonia fuerint abolita, & in adulterio viuat, qui aduersus Sacri Concilij decretum contrahit matrimonium hoc iure clandestinum praesumi nequit, vt vitemus peccati suspitionem: antiquitus autem cum valerent, ideo clandestinum potius, quam adulterium credebatur.

57 Secundo & quia & votum emissum in vltimo vitae spiritu obligat. cap. sicut in 2. de regu. cap. litteraturam ex. de vo. & voti. re-
58 demp. Tertio & non est praesumendum in fraudem quemquam id facere, qui suo iure, cum aliquid facit, vtitur, l. nullus de reg. iur. l. nemo. C. de Iude. Menoch. lib. 4. praesump. praesump. 188. num. 15. & si
59 & in consequentiam tertio praedictum inferatur l. fluminum §. fin. ff. de dam. infect. vbi glo. & alij & latissime idem Menoch. ex
60 Crauet. & alijs d. consil. n. 55. 56. Quarto & haec me ultra alias ratio plurimè mouit, quia censetur testator in dubio conformare voluntatem suam cum dispositione laesae l. si duo vbi Bal. & Castren. num. 2. ff. de acquir. heredita. Bart. in l. vt iuris iurandi ff. de ope. liberto. Rebuff. in l. vni. in verbo proferuntur. num. 21. C. de senten. quae pro eo quod in te. prof. Iass. in l. cum filiofamilias nu. 38. de leg. 1. Alciat. de praesump. regu. 3. praesump. 37. a num. 1. cum sequent. Afflict. decisio. 44. num. 2. latius post Alexan. Rip. & alios ibi Zanç. in l. haeredes mei §. cum ita

num. 1119. & num. 1139. ad S. C. Trebelli. Tiraquel. in l. si vnquam ver. fufceperit liberos num. 101. C. de reuo. donatio. Alexan. donfil. 4. num. 12. lib. 4. Ceph. confil. 105. num. 13. & feq. Manti. qui & alios de coniectu. vltima. volunta. lib. 6. tit. 6. num. 8. cum alijs. Et nedum cum dispositione legis, sed etiam & legum municipalium loci. Corne. confil. 1. num. 28. in 4. confil. 202. num. 11. lib. 3. Peregrin. de fideicom. artic. 25. num. 41. post alios in d. §. cum ita ita fit, vt cu legis permissione, possit moriens iure vxorem ducere concubinam; atque hoc modo filios legitimare d. cap. tanta & d. l. nuper vbi moriens matrimonium contrahit; nihil contra testatoris mentem moliri videtur, nec etiam substitutum aduersus illius voluntatem excludere, qui si de hoc ipso casu a l. permissio cogitasset, idem disposuisset.

Et licet Menoch. d. confil. 126. num. 86. ad medium versic. quintus casus, in eandem incidat opinionem, quod huiusmodi matrimonium non valet in prauidicium substituti; & eam receptiorem dicat, fallitur tamen quemadmodum ex Manti. Molin. Dida. & ceteris supra ostendi.

Et licet obiectis quibusdam respondeat, & casus aliquos consideret, seipsum suo ingulat gladio, qui num. 129. fortissima in nitens rationi ait: quod & si fraus; & dolus non praesumatur in eo, qui suo iure vitur; id intelligit cum alijs, quoties is, qui actum gerit, ex eo commodum percipere potest, secus si nullum, nam tunc animo nocendi fuisse praesumitur ex li. Ray. Salice. & alijs in l. altius C. de seruitu. Alciat. de praesumptio. regu. 3. praesumptio. 23. num. 1. cum alijs per eundem ibi coaceruatis, cum igitur moriens, & matrimonium cum concubina contrahens, nedum anime commodum sentiat vt supra animaduerti sed corporis, propter tria quae a matrimonio bona oriuntur fides, proles, Sacramentum cap. omne. 27. questio. 2. cap. sicut 32. questio. 1. actus hic in substituti fraudem celebratus non dicitur. Nec dixerit quispiam prolis bonum in moriente deficere, nam nufquam de salute desperandum, & sufficit si habitu proles dari possit, quemadmodum eruditissimus Manti. docet d. lib. 11. tit. 12. num. 2. 3. Mencha. lib. 3. qq. vsufrequen. cap. 41. num. 4. & 5. Spin. dict. tractat. de testam. glos. 15. & antea Dida. d. §. 12. nu. 10. 11. a num. 95. vsq. ad nu. 105. Sarmien. li. 1. Selec. ca. 7. nu. 5.

61 Declarator & secundo, & si pater moriens comminatus fuisset se in fraudem substituti ducendum vxorem ad legitimandos filios, & cum excludendum, quo casu ad

coniecturas recurrendam non est, cum idem ipse id affirmauerit. Scio in hac controuersia communem esse sententiam substitutum non excludi, quod aperte de dolo & fraude constat, Et licet filij legitimentur quoad alia quidem minime, scilicet exclusionem substituti, cui dolus matrimonium contrahentis nocere non debet: id multis ostendit rationibus Gom. in l. 9. Tau. num. 58. 59. Molin. qui perosque cumulat de Hispanor. primog. lib. 2. capit. 5. num. 27. qui communem & num. 28. idem & fore scribit in matrimonio spirituali, quoties in fraudem substituti institutus religionem ingrederetur, de quo supra dixi. eandem sententiam non relatus a Molin. receptissimam asserit Manti. tractat. de coniectu. vltima. volunta. lib. 10. titu. 4. num. 19. ad fin. scilicet ingressum non valere religionis, quoad prauidicium illius.

64 Similiter & non excludi substitutum propter matrimonium in articulo mortis fraude contractum idem lib. 11. titu. 13. num. 6. vbi scriptum reliquit, nullum casum hanc dubitationem continere Pelay. de maio. Hispan. par. 2. questio. 1. num. 1. & 2. Grego. Lop. in l. 1. glosa magna titu. 13. part. 4. eandem ex multis repetit, receptissimam Mencha. lib. 3. questio. vsufreq. cap. 41. num. 5. licet is inibi contrariam teneat, Peregrin. tracta. de fideicom. arti. 24. num. 59. ad medium Spin. extremo communem dicit de testam. glos. 15. num. 106. ad medium. Contrariam sententiam quod & si de fraude constat expressim, adhuc substitutum excludatur, tenuere aliqui ex Hispanicis etiam interpretibus, quales Mencha. d. ca. 41. Sarmien. & alij ex Italis per Spin. relati d. glo. 15. n. 108. qui tamen incaute Gom. & Did. eius sententiae citat, qui non de hoc casu, vbi expressim contrahens matrimonium se in fraudem facere substituti asserit, sed in alio casu supra agitato, an ex sola mortis instantis coniectura fraus praesumatur, loquuntur, qui etiam Spinus inaduertenter comunem asserit hanc extremam sententiam, cum nec Gom. nec Mencha. quos refert, id dicant, imo totum contrarium vt modo dixi.

65 Mouentur & hi multis rationibus: primo quia & si id fecisse fuerit aliquando cominat, tamen in morte contrahere non praesumitur (vt peccati praesumptione vitemus) occasione prioris comminationis, sed quia ita illius aeternae salutis expedit, argu. tex. in cap. 1. de fili. nat. ex matris. ad mor. contrac. Adde & ipse neminem tam supinum praesumi, qui aeternae salutis immemor esse credatur. l. in. C. ad l. i. uiam repetun. cap. sanctimus. 1. questio. 7. cap. literas de praesump. cap. significauit de homici. Alciat. de praesump. regu. 3. praesump. 4. Menoch.

4. Menoch. de praesump. lib. 5. praesump. 5. n. 1. vbi scribit, multo magis id procedere in eo qui moritur sumptis sacris Ecclesiae sacramentis, confessione, Ecclesiastica, & extrema vnctione, ita enim argumentatur Parisi. conf. 51. 13. num. 67. lib. 1. post Hostien. & alios sequitur Menoch. conf. 227. num. 65. lib. 3. nec praesumitur mentiri Surd. decisio. 135. num. 11. Sed & haec ratio facile tollitur nam vbi de tertij prauidicio agitur vt in hac specie, non praesumitur pro moriente ex traditio. Bart. in l. si quis in graui §. 1. vbi & Igne. ff. ad S. C. Silla. ideo scribit Bal. in ca. 1. verbo vassalli de pace. const. quod non quilibet moriens praesumitur Sanctus Ioan. Baptist. & Bart. traditionem sequuntur omnes Alexan. in l. sciendum num. 15. de verbo. oblig. Marfil. qui alios in rubr. de fideiuf. num. 75. Alciat. de regu. 3. praesump. 4. num. 2. ad medium Gabri. in communi lib. 7. titu. de crim. cau. conclus. 32. num. 2. & 7. & qui alios eiusdem opinionis Menoch. d. praesump. 5. num. 18. 19. qui & num. 20. docet idem esse quoties aliqua fraudis suspitio militat contra morientem: sequitur & Surd. d. decisio. 135. num. 16.

67 Secundo & aiunt neminem qui suo vitur iure alteri iniuriam irrogare l. nemo damnus de reg. iur. atq. hinc potest debitor cui legatum fuit relictum id repudiare, & si in fraudem creditorum faciat l. qui autem & §. 1. ff. que in frau. credito. idemque esse quoties libertus in fraudem patroni id facit l. 1. §. vtrum ff. si quid in frau. patro. vnde & si ob contractum matrimonij, legio substituto contingat consideranda non est, & cum propositum potius & intentio primaria morientis sit contrahere matrimonium, & filios legitimare quae attendi debet l. si quis nec causam de reb. credi. ob ex fortissimus est, cui & regula d. l. fluminum §. fina. ff. de dam. infec. adiungi potest licet enim in parte superiori edificare molendinum & si inferiori noceat Iass. in l. quo minus nu. 33. ff. de flumi. Ripa. num. 29. Meno. d. conf. num. 56. 57.

68 Respondetur & tex. in d. l. qui autem & §. 1. que in frau. credi. non obesse; nam ideo ibi creditores nequeunt efficere vt legatarius legatum acceptum faciat, quia edictum illud ad eos tantum debitores pertinet qui sua, dolo amittunt non ad eos qui lucra non capiunt: sic expressim tex. ille in verbis: Pertinet enim hoc edictum ad diminuantes patrimonium suum, non ad eos qui id agunt ne locupletentur. Eodem modo soluitur obiectio d. l. 1. §. vtrum. ff. si quid in fraudem Patroni. vt idem tex. dixit. Neque & facit regul. d. l. fluminum §. fin. nam illius l. dispositio multis solet modis a nostratibus interpre-

70 Tercio, & quia ius illud quod substituto competit non tam radicatum est quin magis querendum quam quaesitum dici possit viuente adhuc morituro, quamdiu igitur viuente, & illo legitimos liberos procreare tollitur omnino. argu. l. 1. §. filio ff. ad S. C. Tertuli. l. 2. §. 1. eo. l. fin. ff. de sententia pass. & resti. & quae latius & subtiliter de more noster Fortun. in l. gallus §. & quid si tantu n. 149. ff. de libe. & posthu. matrimonium vero & si in proximo mortis articulo contrahatur dum sane sit metis,

71

tari. primo nisi id fiat principaliter in alterius amulationem, & detrimentum, quemadmodum in themate casus de quo agitur contingit: ita declarant post Bart. in d. l. quo minus. Iass. & Rip. in locis nunc memoratis Menoch. d. confil. 226. num. 85. 86. & num. 124. vbi & alijs tribus modis §. hunc interpretatur qui omnes huic casu adiungi possunt.

Rursus leuissima quaedam adferunt quae nec relatu digna videntur: mihi vero magis facit aduersus Menoch. & alios haec ratio. cuius immemores fuere illi quos supra adduxi & quorum sequor sententiam: posse seclusa fraude & dolo morientem matrimonium contrahere & hoc modo filios legitimare & substitutum excludere: fraude adhibita minime: quia nequeat fraus morientis tertio substituto nocere; si itaque hanc admitimus in substituti fauorem rationem, quare non eandem in fauorem filiorum admitemus? & fraus enim, & patris dolus, filijs qui matrimonio sacro legitimi efficiuntur obesse non debet, vt ab ea haereditate excludantur, a qua nisi dolus patris afforet, minime excluderentur. non enim debet filius patris iniquitatem portare, neque ex patris damnari peccato. rubri. cap. ne fili. pro. pat. l. si quis in suo §. legis veteris C. de Ino. testa. Rursus vt supra animaduerti, praesumendum in dubio testatorem vel disponentem voluntatem suam cum iuris dispositione conformare voluisse: Ius & autem licitum esse voluit posse quamuis in mortis etiam articulo, & si cum concubina matrimonium contrahere, & licet dolus det causam matrimonio vel in eum incidat sustinetur vt & supra ex Didac. & alijs docui, sequitur filios quoad omnia legitimari contracto matrimonio, etiam ad substituti exclusionem: Quoniam ex verissimili testatoris voluntate, si de liberis etiam hoc modo procreatis cogitasset, idem statuisset, iuxta glos. ab omnibus receptam in l. tale pactum §. fina. in glos. fina. ff. de pact. quae in omnibus dispositionibus locum habet Iass. ibi num. 16.

72 Tertio, & quia ius illud quod substituto competit non tam radicatum est quin magis querendum quam quaesitum dici possit viuente adhuc morituro, quamdiu igitur viuente, & illo legitimos liberos procreare tollitur omnino. argu. l. 1. §. filio ff. ad S. C. Tertuli. l. 2. §. 1. eo. l. fin. ff. de sententia pass. & resti. & quae latius & subtiliter de more noster Fortun. in l. gallus §. & quid si tantu n. 149. ff. de libe. & posthu. matrimonium vero & si in proximo mortis articulo contrahatur dum sane sit metis,

73

76 tis, & integri iudicij contrahens, non post mortem vel in morte, sed viuendo censetur contractum, & quia viuentes morimur, quoadmodum & si ad aliud institutum scribit eleganter Meno. lib. præs. 6. præs. 94. nu. 1. Atq. his in hanc sententiam libenter cōscendo. Verum si quispiam has velit cōficiare opiniones sic distinguat. Aut is qui contrahit matrimonium in mortis articulo in eo ipso instanti, quo contrahit, aut parum ante expressim dixit, se in fraudem matrimonium substituti celebrare, aut multo ante ipsum contractum matrimonij tempore quo san^o erat, priore casu, nō excludetur substitutus, quoniam coniecit illē, quā pro mortuente adferuntur, quod non præsumat in peccato mori velle, aut aliū decipere, cessant quia in legis sumus. Ille aut ille §. cū in verbis de leg. 3. alijs coniectis per Surd. decisio. 210. a. n. 1. & d. n. 1. & d. n. 1.

77 Et si de eadem in eadem mori voluntate, quia mutata non censetur. I. cum hic status. §. penitentiam ff. de donatio. in vr. & vxo. l. cū qui ff. de proba. l. lucius. 1. de leg. 2. cap. 1. vbi glo. in verbo non timore ex. quod met. cau. sequen. Masc. qui multos tractū de probatio. conclu. 1416. a. nu. 1. ornat multis Meno. tracta. de præs. lib. 6. præs. 37. a. n. 1. Ofaf. decis. Pedemon. 50. n. 1. 3. Māti. de coniectu. vltima. volunta. lib. 5. titu. 15. nu. 6. Surd. decis. 288. n. 36. & decis. 71. nu. 12. decis. 111. n. 9. aut multo ante instantem mortem tempore id fuerat comminatus, & eo casu substitutus excludetur, non enim in fraudem illius propter comminationem p̄cedentem matrimonij contraxisse præsuntur, sed vt suā magis eterna consultat salutē.

78 Nam si & si suam omnes a me citatos auctores, docere mutationem voluntatis ex longō licet intervallo temporis, non præsumi, extra casum tamen loquitur nostrum, in quo de salute agitur animā, & voluntas nē morietem in alterius fraudem quidquam facere dicamus, mutata præsumentur: nā præsumptionē illam integrā voluntatis a lege inductam, & hac quē in meliorem partem agit fauore animā alterā superat; praeipue quoties hoc casu (vt sapius accidit) eō cubina vilis, & pauperrima foret ca. inter opera de sponsa. argu. eorum, quā supra versis. primo quia & si: cum his qui inibi ab Alciat. Meno. & alijs adduxi. Quē & si noua sint praefer alios declarata, verā tamen sunt pia, & cum Christiana pietate coniuncta.

80 Tertio si declaratur, vt & si antiquitus filij ex clandestino matrimonio nati, quando aliud aderat impedimentum, siue illi sciissent vel ignorassent, illegitimi essent, quoniam sic contrahendo coniuges a se distasse ignoran-

tiam viderentur cap. cum inhibito §. si quis vero vbi glof. Gemi. Fran. Anchar. & ceteri de clandest. desponsa. in 6. Panormit. & alijs multi relati per Didac. in Epito. de sponsa. 2. par. cap. 6. nu. 12. qui idem erudite prosequitur quemadmodum & Bald. antea consil. 441. col. fina. qui scriptum relinquit ex clā destinate matrimonij dolunt contrahentiū argui & præsumi sciuisse impedimentum, & qui alios Anton. Gabri. in commu. titu. de legitima. conclus. 4. num. 17. hodie & cū clandestina fuerint matrimonia sublata, & nullo casu ex his suscepta proles legitima sit, legitimi poterit per subsequens matrimonium in facie Ecclesie, iuxta Sacri Concilij decreta contrahendum, dum aliud non subsistat impedimentum, sic declarat Peregrin. tractat. de fideicom. arti. 24. num. 74. ad finem, qui nullam reddidit rationem, quā tamen sapius refricabitur in postea dicendis, quia inhabilitas illa ad sic contrahendum induceta per Sacrum Concilium cessat, vbi post palam obseruata forma contrahunt.

SVMMARIVM.

- 1 Matrimonium iuris gentium contractus.
- 2 Naturalis obligatio dupliciter consideratur.
- 3 Naturalis obligatio qua beneficentibus beneficere cogimur.
- 4 Obligatio antidotalis infirmior illa, quae proccit ex consensu.
- 5 Obligatio naturalis ex consensu oritur.
- 6 Obligatio civilis & naturalis oritur ex contractibus omnibus a iure approbatis.
- 7 Obligatio naturalis an oriatur ex contractu a lege reprobato.
- 8 Obligatio naturalis sola sufficit in foro conscientiae.
- 9 Obligatio naturalis ex qualibet & si nuda cōuentione oritur.
- 10 Haeres institutus in minus solemnī testamento, an in foro conscientiae teneatur.
- 11 Obligatio naturalis an oriatur ex contractu, cui lex expressim resistit.
- 12 Vsurā indēbita soluta repetuntur, quando lege prohibent fuerunt in pactum adducta.
- 13 Obligatiōni omni accedere fideiussor potest.
- 14 Obligatio naturalis de iure gentium.
- 15 Obligatio naturalis non oritur ex contractu, quoties persona prohibita sint contrahere secundum Bart. opinionem.
- 16 Obligatio naturalis oritur ex contractu, etiam si persona fuerint prohibita aduersus Barr.
- 17 Consensus vbi adest, ibi illico naturalis obligatio oritur.
- 18 Consensus dicitur quid facti.
- 19 Consensus qui in factio consistit, iure civili tolli non potest.

Pactum

- 20 Pactum nudum obligat in foro conscientiae ratione consensus.
- 21 Serui naturaliter obligantur in contractibus.
- 22 Stipulatio alteri facta licet inutilis de iure civili, obligat naturaliter.
- 23 Pupillus absq. tutoris autoritate contrahens naturaliter obligatur.
- 24 Bartoli opinio communiter improbat, distinctio prohibitionem personarum, & contractuum.
- 25 Obligatio naturalis oritur etiā lege resistente secundum Iass. licet effectus impediatur.
- 26 Praetor licet nequeat iuris civilis dispositionem tollere, potest tamen illius effectus suspendere.
- 27 Effectus facilius impediuntur quam tollantur.
- 28 Prohibitio legis habens causam mixtam cum iure naturali, impedit ortum naturalis obligationis.
- 29 Obligatio naturalis non oritur tunc cum lex resistit propter imbecillitatem vel defectū consensus.
- 30 Obligatio naturalis tunc non oritur, cum prohibitio legis iuri diuino vel naturali innititur.
- 31 Obligatio naturalis nunquam oritur ex contractu a lege reprobato, vbi lex iusta est.
- 32 Actus aduersus legem factus nullus, neq. oritur civilis aut naturalis obligatio.
- 33 Obligatio naturalis non oritur ex contractu, qui legi diuina vel naturali aduersatur.
- 34 Naturaliter debitum in foro animae debetur.
- 35 Actus sine solemnitate legis factus obligat in foro conscientiae.
- 36 Ratio legis vbi cessat in casu particulari, non cessat ipsa lex.
- 37 Obligatio naturalis non oritur ex minus solemnī testamento secundum Dida.
- 38 Obligatio naturalis ex contractu inuito per filium in hoc regno, an oriatur in scio patre, & qua utilitas.
- 39 Nouissimi cuiusdam opinio reiecta.
- 40 Lex iusta aduersus deprauatos usus, impedit ortum naturalis obligationis.
- 41 Leges & statuta aduersus fraudes condita, iusta censentur.
- 42 Leges obuiantes contractibus filiorum iusta.
- 43 Vitanda fraudis ratio, multa statuta fuisse in iure nostro.
- 44 Leges fraudibus obuiantes, publicam causam habere dicuntur.
- 45 Constitutiones huius regni prohibentes filios familias contrahere non posse sine consensu parentum declarantur.
- 46 Filij familias contrahendo aduersus statuta, mortaliter non peccant.
- 47 Mulier contrahens sine consensu mariti aduersus prohibitionem statuti, non obligatur naturaliter.

- 48 Mulier contrahens etiam cum iuramento non obligatur.
- 49 Constitutiones huius regni volentes contrahentes cum filijs familias audiri non debere, declarantur.
- 50 Constitutiones huius regni volentes contrahentes cum filijs familias non debere audiri, impediunt ortum naturalis obligationis.
- 51 Constitutiones disponentes contractibus certis, nullam fidem adhiberi debere, ortum naturalis obligationis impediunt.
- 52 Fideiussor acceptus in contractu nullo minime tenetur.
- 53 Fideiussor in terminis statuti prohibentis contractum filijs familias, an accedere possit contractui.
- 54 Contractus principalis licet irritetur, non tamen accessorius fideiussoris.
- 55 Fideiussoris accepti in contractu filijs familias obligatio, an teneat distinctio quorundam adfertur.
- 56 Fideiussor accedere potest contractui reprobatō, quoties se principalem constituit debitorem.
- 57 Caruita practica obligationis fideiussoria illius, qui pro minore, aut muliere intercedit.
- 58 Fideiussor accedere potest contractui filiorum familias cum iuramento.
- 59 Contractus filiorum familias in casu constitutionis regiarum nō firmant iuramenta.
- 60 Leges municipales prohibentes iuramenta non valent.
- 61 Didaci opinio aduersus communem.
- 62 Constitutiones huius regni, prohibere possunt iuramenta aduersus communem sententiam & quare.
- 63 Leges & constitutiones non a solo Rege in hoc regno feruntur, sed & simul totius regni voto, & nō dum laycarum personarum, sed & Praetorum omnium Episcoporum & Abbatum.
- 64 Scientia & tollerantia Roma. Pontificis, vim dispensationis habet.
- 65 Consuetudine induceta mixtīm a laicis, & clericis statui aliqua possunt quae a solis laicis non possunt.
- 66 Dispositio tex. in authen. sacramenta puberum C. si aduer. vendi. & dispositio tex. in cap. debitores de iur. iuran. in Gallia sublata.
- 67 Constitutio regia huius regni, per foragitar fraus, id est ad excludendas fraudes, sub tit. de promiss. dot. declarata.
- 68 Renuntiationes quae fiunt in capitulis matrimonialibus, & si firmata iuramento, in hoc regno nulla sunt.
- 69 Statutum irritans contractus tanquam fraudulentos, iuramento non firmantur.

F 4

Statuta

- 70 Statuta fraudibus obuiantia publicam causam continere dicuntur.
- 71 Contractus iuratus cui alias in vim statuti nulla fides adhibetur, non firmatur iuramento.
- 72 Contractus in tertij praiudicium no firmatur iuramento.
- 73 Nouissimi traditio declaratur.
- 74 Leges & Statuta, contractus iuratos non comprehendunt.
- 75 Contractus aduersus formam a lege praescriptam celebratus iuramento non valetur.
- 76 Lex vel constitutio iuramentum excludens, si tamen appositum fuit in contractu sustinetur, & agi non potest ex eo.
- 77 Leges & Statuta per Rom. Pontificem confirmata, non veniunt confirmata illa que iuramento derogant.
- 78 Leges vel Statuta que iuramentum excludunt in contractibus ubi appositum est, possunt adiri iudices Ecclesiastici pro illius obseruantia.
- 79 Regulae quae obseruanda in contractibus iuratis, ubi iuramentum excluditur.
- 80 Contractus a lege vel statuto improbatos non valet.
- 81 Iuramentum a filiis vel mulieribus interpositum obseruandum.
- 82 Iuramento interposito a filiis familias vel mulieribus in contractibus, licet ad illius obseruantiam teneantur, possunt tamen petere absolutionem a iuramento.
- 83 Iurans in contractu & si nullo, non debet propria auctoritate iuramento contancine.
- 84 Absolutioni iuramenti iustam causam praebet annullatio contractus.
- 85 Ratio nouissimi sublata.
- 86 Statutum fidei in iuramento annullans, iuramentum etiam in contractu interpositum infringere censetur.
- 87 Statuta vel legibus principum, vis iuramenti suspendi non potest.
- 88 Leges Castella impediunt interpositionem iuramenti, qualiter intelligantur.
- 89 Constitutio regia huius regni declaratur, ut contractus iuratos non comprehendat.
- 90 Iuramentum non suplet probationis defectum.
- 91 Iuramentum non confirmat contractus vergetes in tertij praiudicium.
- 92 Iuramenta in tertij praiudicium non operantur, quoties damnum inferitur tertio in iure quesito vel querendo.
- 93 Decretum Vincen. de Fran. 205. prima pars declaratur.
- 94 Iuramentum interpositum in contractu cui dolo dedit causam, vel incidit in ipsum, obseruandum est, nisi dolo absorberet consensum iurantis.
- 95 Statutum vel lex municipalis annullans con-

- tractus in fraudem factos, interposito iuramento sustinentur, & quomodo intelligatur.
- 96 Opinio nouissimi reprobata.
- 97 Cap. 1. sessionis 24. de reform. matrimo. S.C. Trident. declaratur.
- 98 Obligatio naturalis, lege nulla civili tolli potest.
- 99 Ius diuinum & naturale socij sunt.
- 100 Lex naturalis aeterna legis symbolum.
- 101 Lex diuina in lumine naturalis nationis stabilitur.
- 102 Lex canonica efficere nequit ut inhabiles possint testari.
- 103 Iura naturalia dispensationes non agnoscunt.
- 104 Matrimonia iure diuino & naturali interdicta, Papa licita facere nequit.
- 105 Gradus prohibiti de iure diuino, prohibiti etiam sunt de iure naturali.
- 106 Papa efficere non potest, ut sit sacramentum, ubi deficiunt ea quae sunt de substantia & essentia Sacramenti.
- 107 Matrimonium contractum aduersus interdictum Ecclesiae ratione consensu valebat antiquitus, dum interdictum perpetuam prohibitionem non contineret.
- 108 Matrimonia clandestina valebant antiquitus, & oriebatur ex consensu obligatio naturalis.
- 109 Papa in Ecclesia Sacramentis potestatem dispensandi non habet vel statuendi, & qualiter intelligatur.
- 110 Lege humana homines interdici possunt ne contrahant.
- 111 Matrimonium contrahere homines ex causa interdici possunt, & quomodo.
- 112 Matrimonium maris & femina coniunctio.
- 113 Copula ea tantum hominibus licita, quae iure & ratione subsistit.
- 114 Matrimony contractus quibusdam personis iure civili interdictus.
- 115 Lex canonica ex causa interdici potest certis personis ne contrahant matrimonium.
- 116 Contrahentes matrimonium spreta solemnitate canonica, mortaliter peccant, & nullum est matrimonium.
- 117 Lex civilis ut saepius certas personas statuit ne contrahere possent, sic lex canonica in matrimonijs.
- 118 Matrimonium quatenus contractus, subiecitur legibus superiorum.
- 119 Lex canonica consensum contrahentium matrimonium declarare potest.
- 120 Papa ex causa ius diuinum, & naturale declarat.
- 121 Leges humanae iustae a iure naturali confuso deriuantur.
- 122 Dispensationis nomen qualiter sit interpretandum.
- 123 Matrimonium perfectum non tamen copula carnali consummatum, potest per Papam dissolui.

Papa

- 124 Papa ex causa dispensare potest ut monachus matrimonium contrahat.
- 125 Papa potest impedimenta inducere ex causa, propter quae matrimonium dissoluatur.
- 126 Papam posse constituere impedimenta matrimonij dirimentia, disjunctum fuit in S. C. Tridentino.
- 127 Cap. 1. de refor. matrimo. sessio. 24. S. C. Tridentini declaratur.
- 128 Obligatio naturalis nulla oritur ex consensu praestito in matrimonio clandestino.
- 129 Obligatio naturalis nulla oritur ex illicito contractu.
- 130 Matrimonium nullum in foro interiori, & in foro exteriori.
- 131 Matrimonium nulliter contractum aduersus decretum S. C. Trident. propria auctoritate dissolui potest.
- 132 Matrimonium contractum aduersus decretum Tridentinum dissolui non potest propria auctoritate quando inde graue scandalum oritur.
- 133 Matrimonium vi contractum & si nullum, auctoritate tamen Ecclesiae dissolui debet.
- 134 Causa irritandi matrimonia, perpetua esse debet non temporalis.
- 135 Promittens alicui mulieri praecipue virgini se eam ducturum in uxorem, tenetur etiam bodicrno iure promissionem adimplere, maxime interueniente copula carnali.
- 136 Desforans virginem decipiens eam, tenetur ipsam in uxorem ducere.
- 137 Matrimonium contrahens mulier aduersus S. C. Trident. decretum, & si desforata fuerit a viro, non tenetur vir sibi ad aliquid in foro conscientiae.
- 138 Desforans virginem ubi desforatio nota est parentibus virginis, possunt parentes aduersus desforantem agere ad dotem, & quomodo intelligatur.
- 139 Matrimonium inuitis parentibus contrahi potest.
- 140 Vir virgini non seductae nec maximis praecibus vel pretio consentienti, non tenetur ad dotem.
- 141 Pater filiam dotare tenetur, nedum cum ipsa dotem promisit, sed etiam quando sine dotis promissione matrimonium contraxit.
- 142 Pater tenetur dotare filiam quae virum indignum accepit.
- 143 Auctoris opinio existimantis teneri viri dotare virginem, cum qua clandestinum contraxit matrimonium.
- 144 Concilium Trident. non aufert ius parentibus competes propter desforationem virginis.
- 145 Dotatio virginis poena est quoad eum, qui virginem non seduxit.
- 146 Statuta & leges regni punientes filios contrahentes sine consensu parentum, ad eos extenditur qui clandestine & nulliter contrahunt.

- 147 Beneficia clerici simpliciter tonsurati vacant ob contractum matrimonij clandestini.
- 148 Auctoris distinctio noua in proposita questione an desforans virginem in matrimonio clandestino ipsam dotare teneatur.
- 149 Praesentia pro consensu habetur, in praiudicium praesentis.
- 150 Constitutiones regiae huius regni sub titulo de sponsa & matrimo. declarantur.

COMPARATIO. XIX.

CIVILIS ET NATURALIS obligatio ex legitimo oritur contractu, ex reprobo nulla; Quid vero in matrimonio contracto aduersus S. C. Tridentini decretum, & quae inde utilitas, subtilis, diligens & utilis etiam explanatio.

PRIMA scripsi coparatione matrimonium iurisdictione esse contractum, atque ideo seruis, filijs familias, & his qui de iure civili pro nullis habentur non interdicti licere etiam illis agere, & defendere: Sanè & ius ipsum getium, & naturalem obligationem dupliciter nosratre considerant; primo pro naturali obligatione, quae ex consensu oritur, & naturali aequitate suadente pacta seruari l. 1. ff. de const. pecul. l. 1. de pact. quae cum naturali iuri innitatur, cum seruis etiam contrahitur l. naturaliter l. si id quod de condic. indebi. l. haeres a debitore §. seruo suo ff. de fideiussio. l. quod attinet ibi dem Deci. & Cagno. de reg. iur. l. serui ff. de actio. & obliga. Bart. in d. l. si id quod ubi latius Iass. Anchar. in regula possessor. nu. 17. qui multa adfert similia de reg. iur. Pandr. in cap. quia plerique num. 10. 11. & 12. ex de immu. Ecclesi. Atque ita etiam oritur interpretati & filium licet in potestate constitutum l. frater a fratre ff. de condic. indebi. ubi Bart. & ceteri omnes Decius, & Cagno. in l. cum amplius §. is natura per eum tex. de reg. iur. Secundo & naturalem considerant obligationem sumentes eam pro naturali infunctu, quo suademur beneficentibus benefacere l. sed & si lege §. consuluit ff. de petition. haer. l. si non fortem §. libertus de condic. inde l. si non remunerandi §. idem Papinianus ff. manda. Haec naturalis obligatio nedum inter extraneos contrahitur, sed & inter coniunctos, & brutis quoque animalibus communis est glo. in d. §. consuluit Bart. & turmatim ceteri in l. ex hoc iure de ius. & iur. ille num. 11. Iass. nu. 50. 51. cum sequentibus, qui diffusè de effectu huius antidotalis obligationis: Idem Iass. in l. si non forte §. liber-

§. libertus num. 5. & 6. de condi. indeb. Deci. & Cagno. in dicto §. is. natura debet Panor. in cap. final. num. 5. de solut. Anchar. in dicta regula possessor. num. 19. Abusue & hanc naturalem obligationem interpretes vocant, quod priore, que ex consensu oritur infirmior sit, & nisi soluti tantum repetitionem operetur non retentionem aut compensationem, vt glos. docet in dicto §. consuluit. Surd. conf. 164. num. 28. lib. 2. post supra relatos. Hanc amplexantur distinctionem omnes Bart. in l. 1. num. 10. de condit. indeb. in l. cum quis num. 9. C. de iur. & fac. igno. Anchar. in dicta regula. possessor. num. 19. Iass. in dicto §. libertus num. 5. Deci. & Cagno. in dicto §. is natura debet Bal. & Salice. in dicta leg. cum quis Alex. consil. 70. num. 18. lib. 2. Didac. in capit. cum eses num. 9. de testam. Mencha. tracta. de successio. creatio. lib. 1. §. 1. nu. 22. & §. 2. num. 15. Rursus ius gentium primum distingunt a secundario, quæ distinctio extra institutum est casus.

5 Caterum & nulla dubitatio est, ex consensu naturalem oriri obligationem dicta l. 1. de pact. & l. 1. de constit. pecun. l. consensu de action. & obliga. in principio institut. de obliga. quæ ex consensu l. sub specie C. de posthu. l. in contractibus l. final. C. de non numer. pecu. Planè nisi naturalis hæc obligatio legibus foueatur nullam producit de iure civili actionem iuris gentium, & §. sed cum nulla, cum alijs eiusdem legis l. legitima de pact. Hinc & omnes censent ex contractibus legitimis, & a iure probatis vtramque civilem, & naturalem obligationem oriri. interpretes in dicta l. legitima vbi varijs id ostendunt exemplis. Caterum & grauis nescio an omnibus vetustior quæstio sit, an ex contractu a lege improbato naturalis obligatio oriatur: nam existimant nostri solo consensu vt antea animaduerti obligationem naturalem oriri, & si ea nusquam iure civili foueatur dicta l. 1. de pact. l. iuris gentium §. sed cum nulla, cum vbiq; notatis, & in dicta l. sticum §. naturalis dicto §. is natura. Panor. in cap. final. num. 5. de solutio. Iass. in l. nemo potest num. 76. in pri. lectura de leg. 1. ceteri supra nullo reuolante. At & si id verum est, sequitur ex consensu naturalem prodire obligationem, etsi ea in efficax sit in foro fori, valida tamè in foro consciencie, licet forma a lege civili inducta fuerit prætermissa. Huius opinionis primus omnium qui ob id a multis laudatur fuit Innocen. in cap. quod sicut de electio. quem miris extollit laudibus Panor. in capit. 1. num. 19. ex. de in integr. restit. & in capit. quia plerique num. 31. de immuni. Ecclesiast. & num. 42. 43. Anchar. in regu. peccatum quæst. 7. de reg. iur. Gemmi. in capit.

generalis col. penul. de electio. in 6. qui loquitur in terminis. & quæstione, Innocen. in electione scilicet facta prætermissa forma canonica, vt electus dum adsit consensus eligentium possit tuta conscientia administrare, quemadmodum in eisdem terminis Deci. in cap. 1. de constit. num. 19. ibidem Felin. num. 39. Iass. in dicta l. si non sortem in principio idem in l. etsi inutiliter C. de fideicom. & in l. nemo potest num. 78. in l. lectura de leg. 1. Tiraq. in ll. connubialib. glos. 4. num. 21.

9 Caterum & generaliter idem amplectuntur interpretes in terminis propositæ quæstionis in quolibet alio actu, & nuda conuentione Deci. Felin. post supra relati in dicto cap. 1. de constit. Bero. ibi num. 231. Iass. in §. sed iste num. 131. de actio. & in dicta l. etsi inutiliter num. 3. & 4. & in dicta l. nemo potest num. 78. 79. in l. lectura, latè Gigas tract. de pentio. quæst. 34. num. 9. Gomez in cap. 2. num. 23. de constitut. in 6. Boc. decisio. 1. num. 13. Tiraq. de ll. connubia. l. 16. glos. 4. num. 17. Alciar. respon. 53. num. 13. tom. 3. lib. 9. Dida. in cap. quamuis pactum 2. part. relectio. §. 4. a num. 1. vbi erudite, Mencha. tracta. de succes. creatio lib. 3. §. 30. a num. 32. qui innumeris ostendit argumentis in cap. peccatum par. 2. §. 3. a num. 1. Sol. de Paz in 5. par. l. 3. num. 1496. & post relatos ab eo aliquos, non citato Menchaca supra Menoch. tracta. de presump. lib. 1. quæst. 80. tota ipsa quæstione, qui in quibusdam exemplis ab interpretibus adductis contrariam tenuit cum Dida. Alfon. de Cas. Siman. Soto & alijs Hispanicis scriptoribus. Adferunt exempla in herede instituto in minus solemnitate testamento, an legata, & fideicommissa præstare in foro consciencie teneatur. Rursus si non conficiat inuentarium an in foro consciencie teneatur vltra vires hereditarias: in electo aduersus iuris formam, hisque similia in quibus ita secum dissentiunt, vt vix quæ communis sit opinio discerni possit. Quoad institutum vero tractatus nostri pertinet illud videndum, an ex contractu cui lex expressim resistit naturalis obligatio oriatur, de civili nulla est dubitatio, & non oriri Bart. docuit in l. cum lex. ff. de fideiussor. & in l. 1. ff. de nouatio. & in l. si non sortem in principio vbi Iass. num. 3. de condi. inde. Bal. & ibidem Bart. in l. cum quis C. de iur. & fac. igno. Alex. in l. 1. §. si quis ita num. 2. de verbo. obligatio. vbi Alcia. num. 8. & qui alios Tiraquel. in ll. connubialib. glos. 4. num. 2. & num. 12. 13. 14. & glos. 8. num. 168. Areti. in l. 1. de testam. Gar. in l. veluti de iur. & iur. Duaren. in l. bonis §. fideiussor. de verbo. obligatio. Cephal. consil. 207. num. 23. 24. lib. 2.

lib. 2. Mencha. lib. 3. qq. vsufrequen. cap. 10. nu. 1. idem §. 30. nu. 34. vbi multis comprobatur licet postea contrariam tueatur Menoch. d. q. 80. post Dida. Sotom. & alios Hispanos ab eo relatos Bec. conf. 15. num. 19. Marci. conf. 117. num. 27. Crot. in l. 1. §. si quis ita nu. 25. de verbo. obliga. Matien. in l. 22. ff. 1. glo. 7. num. 1. lib. 3. Gutier. tract. de contractu. iurat. ca. 1. nu. 39. qui committit Spirit. tract. de testam. glo. 15. nu. 50. Canalea. decisio. 21. nu. 64. 3. par. Lauren. decisio. Avinyo. 78. nu. 12. Plot. tract. de in litem iorando §. 5. nu. 47. Azpil. conf. 8. tit. de emptio. & vend. nu. 6. lib. 3. V. iul. decisio. 369. nu. 18. lib. 2.

12 Bart. & traditio fulcitur autoritate VI. piati l. C. in l. si non sortem de condi. indeb. vbi vsura indebite exsoluita repetitur, quod lege prohibente fuerint in pacto deducte, nam si naturalis orta obligatio fuisset, solvere repetere nequirent l. Iulianus verum debitorè illo titulo l. naturaliter, & §. fina. cum l. legi eo. ritu.

13 Et licet & omni obligationi accedere fidelius possit civili & naturali l. 1. ff. de fideiussor. quoties tamen lex actui resistit, nulla nec naturalis obligatio oritur, ob id fideiussor accedere nequit dil. tu. lex. & l. fideiussor obligari §. fideiussor eo. ritu. §. 1. instit. cod. l. 1. §. si quis ita de verbo. obligat. l. eos §. 1. C. de vsuris toto. ritu. C. que res vèdi non poss. l. fina. C. si quis alte. l. non dubium C. de legi. Rationem prodidit Bart. in d. licet lex nu. 4. & quoniam obligatio inquit naturalis est de iure gentium l. sticum §. naturalis de solud. l. cum amplius §. is natura de reg. iuri. Iure autem gentium superioribus potestatis bus obediendum est veluti de iur. & iur. qui igitur aduersus legem precepta contrahit in iurantiu aduersatur, consequenter, nec naturaliter obligatur.

14 Declarat & sui ipsius traditionem Bart. intelligendam, quoties lex personas ne contrahant interdicit, secus si contractum tantum improbare, nam priore casu cum legis prohibitio personas apprehendat, nequit naturalis obligatio oriri: vnde neq. actus firmari poterit iuramento. Bartolum multi sequuntur, quos refert Gabr. in commu. tit. de iur. iuran. con. l. 5. nu. 14. & contrariam sententiam aduersus Bart. oriri naturalem indistincte, siue lex personas prohibeat, vel actus, existimant multi, ea ratione quia vbi adest consensus illico naturalis oritur obligatio, quæ non potest vlla civili lege postiuua tolli: primo, quia cum consensus sit iuris naturalis l. libertas ff. de sta. homin. d. §. is natura debet d. §. naturalis l. tichum. & acquitati, quibus magis congruentius sit, naturali, quam pacta seruare, & cuiusq; voluntatem se obligata videri

tis ratam fieri §. per traditionem instit. de rer. diuisio. Huic voluntati lex terminu præfigere non potest §. sed naturalia inli. qui. mod. testa. in fir. l. eas causas ff. de cap. dimi. num. quæ a iure natura l. iura sanguinis de reg. iur.

18 Secundo & quia consensus ille & voluntas, quæ a iure natura descendit, est quid facti, non iuris l. in. ibi voluntatis esse quæstionem C. de iur. & substitu. l. bonfideri §. 1. ff. de acquirent. heredi. domi. l. si ita legatum §. illi si uollet de leg. 1. l. pro herede in principio ff. de acquirent. heredi. & atqui res facti iure collati non possunt quemadmodum expressit de consensu loquens. T. Confusus scribit in l. si quis §. pactus ne peteret ff. de pact. de cuius intellectu ipse explorat. iur. lib. 3. ca. 7. & supra copara. 9. in prin. l. 1. §. si vir de acqui. heredi. quia facta p. infectis haberi nequeant l. in bello §. facte ff. de capti. & post. l. immo. reuer. l. deniq. ff. ex qui causis. maio.

20 Tertio & id ipsum ex pacto nudo constat, quod cum solo iure gentium teneatur, obligat in foro consciencie, & oritur naturalis obligatio, l. 1. in prin. iuncta l. iuris gentium §. sed cum nulla de pact. ca. 1. de pact. & vbiq; interpretes.

21 Quarto, serui quo ad ius civile attinet pro nullis reputantur, vt supra dixi d. l. quod attinet, tamè cum iure natura omnes liberi nati fuerint, vt ille tex. ait lex hoc iure vbi ceteri de iur. & iur. & in eis ius gentium adhuc vt geat, & si minime civiliter, naturaliter tamè possunt obligari l. serui ff. de actio. & obliga. l. naturaliter l. si id quod vbi Bart. & Iass. late de consensu. inde Panormit. qui de seruo latius loquitur in ca. quia pleriq. nu. 9. 10. de immuni. Ecclesiast.

22 Quinto, & stipulatio alteri facta de iure civili inutilis est. l. stipulatio ista §. alteri de verb. obliga. §. si quis alij institui. de inutilib. stipul. vt inter C. de inutili stipul. Bart. & ceteri in d. §. alteri ex ca. tamen oritur naturalis obligatio reuolante iure civili. glo. committere approbata in d. §. alteri, vt per Bart. ibi nu. 8. Alex. 7. Iass. qui receptam n. 20. Dec. in l. eerti conditio §. quoniam num. 17. de reb. heredi. Mencha. qui alios multos d. §. 30. nu. 5. & 6. licet is inibi contrariam.

23 Sexto idem & esse multi affirmant in gestis a pupillo sine tutoris autoritate, cuius hoc casu nulla est obligatio. §. præterea ibi, nulla est obligatio, instit. qui. mo. tolli. obliga. cum tamen si fuerit is doli capax ex eius consensu naturalis oriri obligatio possit. iuxta glo. receptam ibidem in verbo a pupillo Bart. in l. 1. nu. 9. post glo. ibi ff. de nouatio. glo. & alij in l. si curatorem habens per illum tex. C. de in. restit. mino. His pleraq; similia adiungit

adiungit Mencha. dicto §. 30. nu. 12. 13. cum seq. multis.

24 Vnde ꝑ fere omnes scriptores Bartoli traditionem, & distinctionem improbant, eam potius verbalem quam veram esse credendo: & verbalem dixit Mencha. lib. 1. contro. vsufreq. cap. 10. num. 2. qui quibusdam alijs rationibus eam confutat. & aduersus Bart. communiter teneri testatur Areti. consil. 54. num. 2. vbi Salicet. & alios recenset Iass. qui & communem in authen. Sacramenta puberum num. 51. C. si aduersus vendi. post Alexan. in l. is qui bonis num. 25. de verbo. obligat. Iass. post. num. 19. Panor. qui eandem Barto. traditionem rejicit in cap. Apostolicam 1. nota. ex. de regula. idem in capit. cum contingat num. 9. de iur. iur. Imol. num. 80. Alcia. nu. 94. eum pierisq; seq. Rui. consil. 103. num. 7. lib. 4. Rip. lib. responso. 3. capit. 10. num. 3. & qui alios Anton. Gabri. in communi. titul. de iur. iuran. conclusio. 2. num. 15.

25 Tertio ꝑ fuit Iass. opinio in dicta l. si non fortem existimantis num. 3. & in l. Iulianus num. 3. eodem titul. l. resitente nihilominus naturalem oriri obligationem, ceteru illius effectus impediri legis prohibitionem quam deducit sententiam ab eadem lege si non fortem: addit ꝑ simile de pretore, qui licet nequeat dispositionem iuris civilis tollere, illius tamen potest effectus §. quos autem instituit. de bono. possessio. de cuius vero censu nos Explo. iur. lib. 1. cap. 10. Et ꝑ facilius impediuntur effectus quam tollantur l. patre furioso cum similibus ff. de his qui sunt sui vel alic. iur. Eandem Iass. sententiam sequitur, & defendit, Mencha. dicto §. 30. num. 33. qui alijs quibusdam comprobatur, quo opinio fuit antea Din. & eiusdem Bart. post in l. fin. §. procurator ff. rem rat. habe. Bal. in l. sicut num. 4. & in l. omnes C. de prescriptio. 30. Deci. in l. pacta, quæ contra num. 3. C. de pact.

28 Quarta ꝑ fuit opinio Mencha. in dicto §. 30. num. 39. subtiliter existimantis, tunc tantum impediri ortum naturalis obligationis quoties prohibitio legis mixtam habet prohibitionem iuris naturalis, veluti cum lex improbat turpes, & iniquas conuentiones l. conuenire ff. de pact. dotal. l. 1. §. sicut maleficium eodem titul. l. si plagij de verbo. obligat. l. pacta quæ contra C. de pact. aut eas quæ bonis moribus iuris naturalis aduersantur l. si quis inquilinos §. final. de leg. 1. l. conditiones l. quidam ff. de condi. intitu. l. generaliter l. stipulatio hoc modo concepta de verbo. obligat.

29 Tum ꝑ quoties lex resistit propter imbecillitatem vel defectum consensus, prout in

pupillo non doli capace, prodigo, furioso, mentecapto, & his similibus, qui nec naturaliter obligantur absque solemnitatibus à iure requisitis, iuxta tex. in l. is qui bonis de verbo. obligat. toto titul. de administ. tuto. ff. & C. Bart. in l. 1. num. 8. ff. de nouatio. & generaliter quoties prohibitio vel legis interdictum inniteretur iuri diuino, naturali, & gentium, Nam his (ait ille) casibus oriri nequit naturalis obligatio, non ex legis civilis prohibitione, sed ex iuris naturalis lege, qua omnes malum, iniquum, & dolosum interdicitur d. l. veluti de iur. & iur. Arguta certe consideratio si vera foret, sed quæ nullo iure sustineri possit vt infra.

30 Quinta ꝑ & extrema fuit sententia opinatum, nusquam ex actu vel contractu lege reprobato oriri naturalem obligationem posse siue lex personas respiciat vt Bart. opinatur, siue ipsum actum vel dispositionem aduersus Bart. ꝑ quoties tamen lex iusta est, neque iuri diuino, aut naturali aduersatur Bart. in dicta l. cum lex, & sequuntur multi supra congesti pro Bart. sententia, quam Hispanici scriptores discretissime tuetur Dida. in cap. peccatum 2. par. §. 3. num. 10. de regula. iur. post Rodri. Suar. in l. 13. titu. de las deudas quæst. 1. idem Dida. in cap. cum esset n. 3. de testam. idem in cap. quamuis pactu 2. par. §. 4. num. 6. de pact. in 6. Fortuni. in l. veluti col. 7. de iur. & iur. idem tracta. de vltim. fina. iur. illa is à num. 1. sentit. Padill. in l. cum quis à num. 30. 31. C. de iur. & fac. igno. Domi. de Soto tracta. de iur. & iur. lib. 4. quæst. 5. arti. 3. fere per totum Solo. d. Paz in commentar. ad ll. tauri. 5. part. l. 3. num. 1458. & 1460. cum seq. multis Gutier. tracta. de contract. iura. cap. 1. num. 39. Dida. Perez. in l. 1. tit. 8. lib. 3. ordina. Mencha. lib. 1. controuer. vsufrequen. cap. 10. num. 7. licet discedere videatur postea. Spin. tracta. de testam. glos. 15 num. 51. 52. licet contrariam Sarmien. tracta. de reddi. Eccles. cap. 2. num. 1. 2. & seq. comprobatur ex Italis eandem Menoch. dicto tracta. de presump. quæstio. 88. vbi & obiectis respondet post Didac. & supra relatos Horum omnium sententia ratione Bart. adiuuatur in dicta l. cum lex quia diuino iure & naturali parere legi iustæ teneamur, ꝑ inde fit vt actus aduersus legem factus sit ipso iure nullus, nec ab eo nedum civilis de qua dubium nõ est, sed nec naturalis obligatio descendat, non obstante consensu: quia ille aduersus legem iustam prohibentem prestari non potuit, sed nec oriri: nam ꝑ ex ea dispositione quæ legi diuina, vel naturali aduersatur obligatio naturalis oriri nõ potest, quod

32 lex posita ab eo condita qui potestatem habet, obligat in foro conscientie ideoque in

in eo foro obseruari debet capit. quo iure 8. distinct. Doni. de Sot. de iur. & iur. lib. 1. q. 6. arti. 4. glos. in capit. quæ in Ecclesiarum vbi Panor. Felin. & Deci. de consti. Menoch. post Didac. dicta quæstio. 88. num. 8. Sol. in dicta l. 3. num. 1468. eum seq. Rojas in Epito. de successio. abintesta. capit. 20. num. 143. Mencha. qui multos, communem dicens d. cap. 10. num. 20. Et quæ de obligatione naturali (vt hinc fortius dissoluam contrarium) quidam adferunt, eam sepius ex conuentione oriri, etsi nulla de iure civili, ꝑ id autem quod naturaliter debetur in foro animæ sit prestandum, iuxta Bart. sententiam in extra. ad reprimendum verbo denuntiationem nu. 7. Panor. in dicto cap. quia plerique de immu. Eccles. Dida. in dicto cap. cum esset nu. 5 Padilla. in l. cum quis num. 31. C. de iur. & fac. igno. Menoch. supra num. 18. ita id intelligendum est ex Dida. sententia ab alijs nunc relatis probata, vt hæc obligatio dupliciter possit considerari, quædam ex legis vinculo oritur. Bal. in l. 1. num. 55. C. de sacro. Eccle. atque hæc ex actu nullo non nascitur Bal. in dicta l. cum quis num. 14. Ias. post alios ab eo relatos in l. 1. num. 14. C. de iur. & facti. ignor. cum alijs coaceruatis per Menoch. d. quæst. 88. num. 19. 20. Altera est obligatio naturalis, quæ ex honestate oritur, & veluti quodam morali debito, sicut ea est, qua donatarius donanti obstringitur l. sed etsi legē §. consuluit de petitiõ. haredi. obligatio hæc solum parit effectum, vt soluti repetitionem impediatur, exceptionem autem, aut retentionem non operatur, quemadmodum vera naturalis à legis vinculo descendens. Menoch. supra post. Dida. Fortun. & alios. Rursum naturalis hæc obligatio nusquam exceptionem, vel retentionem operatur, nisi vbi æquitas ex ea pronuens est à lege approbata Iass. in leg. placuit num. 3. C. de iudi. Menoch. supra num. 32.

34 Altera & fortior ratio est hæc, vt duas potissimas in quibus cardo, & fundamentum aduersantium consistit, euellam: nam inquirunt presumptio crediti veritati, quæ Deo notissima est, ꝑ ac cum quis vere scit disponentem concessisse, etsi forma, vel iuris solemnitas desit, quoad Deum tutus est in foro conscientie, ideo solemnitates per leges statuta in aliquibus casibus ad fraudes vitandas tunc non vindicant, consequenter nec dispositio cap. cum cessante de appellatio. Respondet enim Soto, & Dida. in dicto capit. cum esset num. 9. & probatur Menoch. dicta quæst. 88. num. 14. Non ꝑ id sufficere, quod ratio legis cesset in particulari casu, ad hoc vt cesset ipsa lex, quæ vniuersaliter ad omnes casus lata est, cum sit generalis, & illius ratio continua,

& non momentanea, quæ vt cesset, in vniuersali illius ratio cessare debet, capit. etsi Christus de iur. iur. clemen. ad nostram de hæreti. Fortu. tracta. de vlti. fin. illatio. 15. & 16. sequuntur alijs à Menoch. relati supra; vera sanè & arguta Domin. de Soto, & Dida. animaduertio tantis digna viris, quæ iuris C. responso defenditur in l. nam. ad ea cum l. sequen. ff. de legi. cum leges nõ singulares casus respiciant, sed eos qui frequentius: id multis exemplis comprobatur Domin. de Soto dicto tracta. de iur. & iusti. lib. 4. quæst. 5. arti. 3. in 2. argumento. Sed eandem sententiam ex antiquioribus antea tenuerunt Bal. in l. non dubium num. 7. C. de legi. Innocen. & Panor. in dicto cap. quia plerique de immu. Eccles. Alexan. consil. 32. num. 6. lib. 7. Tiraq. qui alios tracta. de cessante causa 1. par. nu. 169. cũ seq. Sarmien. Selecta. interpreta. li. 3. c. 12. n. 81. Azpil. rubr. de iudi. nu. 70. Crauet. consil. 192. num. 21. Mant. tracta. de coniec. vlti. volunta. lib. 2. titul. 14. num. 15. qui omnes Menoch. & Didaci sententie adiungendi sunt, quædam alias obiectiones dissoluit Menoch. d. q. 88.

37 Ex his ꝑ celeberrimis verisque traditionibus, Dida. in dicto capit. cum esset multa infert notanda: ex testamento minus solemniter nec naturalem oriri obligationem, teneriq; hæredem vltra vires hæreditarias in foro conscientie creditoribus petentibus vbi intentarium nõ fecit. Nec quæ de electo præter iuris formam scribit Inno. Panor. & alij tuta sunt: omnia reassumit Menoch. ea probans dicta quæst. 88. quæ quia extra propositum tractatus omisero; solum tria aut quatuor pertingam, quæ ad verum quarundam constitutionum regiarum huius regni, censum spectant.

38 Infertur ꝑ itaque primo, ex contractu celebrato per filium inscio patre, sine cuius consensu in regno hoc, nequit contrahere, etsi fuerit emancipatus, aut uxorem duxerit, iuxta consuetud. incipient. Per prouebir, alteram ajussant: oriatur naturalis obligatio: vtilitas maxima est, quia ea orta tenetur in foro conscientie filius, qui sic contraxit contractum obseruare, & ea implere, quæ in ea promissit, etsi solueret, repetere non posset: Quam ꝑ quæstionem Neotericus quidam huius regni in suis resolutionibus tetigit lib. 2. capit. 1. num. 192. 193. & sequen. qui credit non teneri, & recte: veritas pendet ab his quæ nunc scripsi: Nam ꝑ cum constitutiones hæc ad vitanda mala, & abusus fuerint statuta, vt prima constitutionis verba ostendunt: ibi, Per prouebir à molts desordens, & iterum ibi: T'altres coses deshonestes: fuerintque lata à Principe potestati habente, cui obreperare oportet,

oportet, naturalis nequit oriri obligatio ex his quæ nunc proximis rationibus adduxi, tot nostrorum interpretum traditionibus confirmatis, eos recensui superius in vers. Quo ad institutum vero nostri tractatus: & in vers. Quinta & extrema: qui omnes illius addendi resolutioni. Neque neoterici placet responsio ad contrarium, quod & ipse cum alijs adduxi supra, consensum naturalem producere obligationem, at naturaliter debitum in foro conscientie deberi: hincq. videatur filium sic contrahentem in foro conscientie teneri: Respondet enim, id verum, vbi contrahens remaneret naturaliter obligatus, at cum in nostro casu nulla sit naturalis obligatio lege resiliente, contrariam ratio locum vindicare non potest. Nam id quarimus cur naturalis obligatio non producat lege resiliente, quæ oriri videbatur quod consensus sit iuris naturalis, & quid facti, & nequeat ius civile illius ortum & libertatem impedire ut supra.

41 Vera & itaq. ratio est, quia lex iusta est ad mala, & abusus vitandos, eiq. parere tenemur, consequenter nulla potest oriri naturalis obligatio: Sed & dupliciter naturalis hæc consideratur quemadmodum a Dida. Meno. & alijs animaduerti, & in terminis earundem constitutionum, quia ad submouendas fraudes, & mala statuta fuerunt, iustæ dicuntur, & sanctissimæ Bart. in specie adnotauit in l. 1. nu. 31. C. de summa. Trinita. Deci. in ca. 2. nu. 6. de probatio. Dida. in cap. cum esses nu. 6. de testam. Hoc enim legis proprium est fraudibus, & iniquitatibus obuiare, capi. quanto. de priuil. c. si ciuitas de senten. excomuni. lib. 6. fina. §. imperator illis verbis: existimo te huic fraudi recte occurrerem ff. de suspens. tuto. l. 1. ff. si quis omiſſa causa testam. l. 1. de Carbo. Edic. l. qui supra textu C. de sacrosanct. Ecclesi.

42 Et & in filijs familias contrahentibus, ut in specie nostrarum Constitutionum l. 1. l. sed Iulianus §. mutui, & toto tit. ff. ad S. C. Macedo. to. titu. ff. si quid in fraudem patro. & tit. si quid in frau. credito. id ipsum in testamentorum confectioe ad fraudes vitandas iuubemus C. de testam. l. fina. C. de fideico.

43 Et & vitandæ fraudis ratione multa statuta fuerunt extra iuris communis obseruantiam l. data C. de donatio. Panor. in ca. cum contingat nu. 17. ex. de iur. iuran. Castren. conf. 345. nu. 9. lib. 1. Deci. in ca. 2. nu. 6. de probatio statuta etiam doli exclusiua equissima dicuntur Visi. ex alijs decisio. 245. nu. 4. & Legesq. fraudibus aduersantes publicam dicuntur causam continere Bald. conf. 285. lib. 3. Castren. post alios in l. hac cõsultissima §. ac cū humana fragilitas n. 5. C. de test. Mécha.

44

tract. de successio. creatio. lib. 1. §. 2. n. 7. qui alios Fortu. tracta. de vlti. fin. Iu. num. 170. apud omnium enim ora fertur, vbi fraudum periculum, ibidem cautius agendum ca. vbi periculum de electio. glo. celebris in l. qui testamentum ff. de probatio.

45 Accedat & magis in terminis harum constitutionum, stante statuto, ut filij familias contrahere nequeant, nisi certa solemnitate adhibita, Et quod contractus sit nullus, si contraxerint, nec naturaliter obligantur Bal. in d. l. cum quis col. 4. C. de iur. & fac. ignor. Tiraq. de ll. connubia. glo. 4. n. 12. in fine. Lauren. decisio. 78. nu. 12. Cæpha. conf. 437. nu. 22. l. 3. Soci. conf. 23. nu. 21. lib. 4. Pinu. conf. 71. latissime relatis pluribus Caua. decisio. 31. nu. 14. 1. par. & multo plures paulo infra nu. 29. vbi generalem regulam constituit, quod vbi lex municipalis addit aliquid iuri communi, prohibendo contractus minorum, nisi cum certa solemnitate, & annullando eos, ut in his regni constitutionibus, nullam nec naturalem oriri obligationem: & idem in casu eiusdem statuti adnotatio. in Rubr. de for. & solem. obserua. in contract. filiorum fami. in verbo possint obligari in adnotatio. ad Parme. statuta fol. 130. Meno. ex Dida. Tiraq. & alijs d. q. 88. nu. 27. & Ideo nec mortaliter peccare contrahendo aduersus legem, idem Tiraq. in ll. connub. d. glo. 4. n. 19. Mencha. lib. 1. quæstio. vsufre. ca. 10. nu. 10. in quo ca. & in d. §. 30. multa scribit quæ a Dida. Menoch. & alijs in dictis locis improbantur.

46 Eadem nostri & fatentur in statuto mulieres prohibente contrahere sine mariti aut consanguineorum licentia, quod si fecerint contractus sit nullus, quam etiam quæstionem ille in cap. 1. nu. 199. ad finem pertingit; existimatq. neq. in hoc casu naturalē oriri obligationem, citat Bart. in d. l. cum lex. Roma. Hierony. Lauren. & Azpil. vera quidem traditio est, atq. eisdem rationibus defenditur, quas superius adduximus: lex enim iusta est, summa cum ratione ab eo qui legis condende potestatem habuit lata, & ideoq. aduersus eam contrahens mulier, nec naturaliter obligatur. Bart. in d. l. cum lex. & in l. 1. ff. de nouatio. & in d. l. si nõ sortem cum alijs multis coacernatis per Tiraq. de ll. connub. glo. 4. nu. 12. Dida. in d. ca. peccatum 2. par. §. 3. n. 10. Menoch. d. q. 88. a n. 37. latissime, qui & hanc tuetur multis relatis Mencha. l. 1. controuer. vsufreq. cap. 10. nu. 5. qui legem illius regni similem sic interpretatur, atq. eandem ita declarat Gutier. tract. de contrac. iura. c. 1. nu. 39. qui hanc sententiam communem dicit, & in iudicando & consulendo non esse ab ea recedendum alios Hispanos interpretes citans, existimansq. adeo veram opinionem

47

48

nem fore, ut nec ratione iuramenti adhibiti per vxorem ea obligatur, ut possit condemnari: ut ille d. cap. multis docet, a nu. 34. cum sequent. vbi erudite prosequitur; quam late defendit Caua. decisio. 30. nu. 18. 1. par. qui communem. idem tracta. de tutor. & curat. num. 168. quamquam in terminis iuramenti à Tiraq. relati plures in dicta glo. 4. nu. 26. contrarium teneant, quos ad concordiam reducit Matien. lib. 5. titu. 3. l. 2. glo. 1. nu. 18. ut illi loquantur in statuto prohibente contrahere vxoribus sine licentia virorum, ratione fragilitatis mulieribus; ne decipiantur, quo casu iuramento firmari existimat posse; at lex Castellæ non hanc prodidit rationem: sed eam, ne viris in iuribus suis qui in eo regno consequuntur præiudicium fiat, quo in casu iuramentum in alterius incommodum prestitum, seruandum non est, citat Pala. Rub. Castel. Ariman. Anton. Gomez. Anendany. Didac. & alios Hispanos interpretes, & verè in hoc ipso casu loquitur Gutier. in d. cap. 1. nu. 34.

49 Accedat etiam & superioribus, quod cum ex prædictis constitutionum regiarum verbis constet minimè posse audiri in iudicio taliter contrahentes, his etiam & verbis naturalis quoque obligationis ortum impediri Bart. docet in dicta l. si non sortem. de condic. inde, & qui eum refert adnotatores ad Par. statu. in glo. & nemo audiatur supra allegato. Porro & cum eadem ipse constitutiones regie statuunt huiusmodi contractibus nullā posse fidē adhiberi, & vbi fiant, pro nullis, & infectis habeantur, neq. in hoc casu nasci naturalem obligationem constat l. sancimus (verbis pro non scripto vel intellecto) C. de donatio. quā dixit singularē Roma. conf. 12. num. 4. & qui relatis in numeris authoribus sequitur Caua. decisio. 31. nu. 24. in 1. par. quem etiam tex. ad idem extendit, & ponderat Tiraq. non relatus à Caua. in dicta glo. 4. nu. 26. ad medium. Ex quibus sequitur, quod cum in his casibus filij familias in terminis legum huius regni nec naturaliter obligentur, & si fideiussor acceptus fuerit loco filij minimè teneatur, cum enim fideiussor alicui saltim naturali obligationi accedere debeat l. 1. §. si quis ita de verbor. obligatio. l. fideiussor obligari. §. fideiussor ff. de fideiussor. §. 1. insti. de fideiussor. neque in hac specie vlla sit obligatio, nullum fideiussor effectum potest operari. Sed cum, & excusio prius contra filium quam aduersus fideiussorem fieri debeat, nec vlla aduersus filium quam aduersus fideiussorem, regul. cum principalis de regul. iur. cum similibus quam sententiam veram docuit idem nouissimus in eodem cap. 1. nu. 49. 50. 51. respo-

50

51

52

lutio. vbi, & se in facto respondisse affirmat. allegat solum Pinel. consil. 71. cæterum circa illius traditionem altius quæstionem repetendo animaduertenda sunt plura, aliter illius traditio ita simpliciter accepta vera nõ esset.

53 Primo & non minimam antiquitus fuisse apud nostros quæstionem an fideiussor in terminis huius statuti posset contractui per filium celebrato accedere, nam posse maximi nominis, & autoritatis vir Alberi. docuit in 1. par. statuto. quæst. 182. Et ante eum Iacob. de Aret. vir insignis, quem ille refert. illic sequitur Alexan. in additio. ad Bart. in l. mercellus in principio ff. de fideiussor. Bal. in l. si vero §. hoc amplius ff. manda. quos in hanc sententiam excepto Bal. refert Tiraq. nihil decidens in ll. connubial. glo. 4. num. 14. Mencha. lib. 1. controuer. vsufre. cap. 10. n. 7. nulla Tiraq. mentione facta. Eorū ratio potissima erat. Quia & quoties prohibitio facta est ut in terminis nostrarū constitutionum fauore aliquo speciali filiorum, licet irriteretur eorum contractus, non tamè accessorius in quo non militat eadem ratio, cum igitur filiorum prerogatiua aut commodum, in fideiussore cesset contractus, quoad eum spectat validus remanet l. etsi is C. de prædi. minor. ornat latissime Carroci. in reperitio. cap. cum quid vna via par. 4. limi. 1. de regu. iur. num. 1. 2. 3. qui in hanc opinionem inclinare videtur.

54

55 Alij & alterā sententiam deligentes sic verè distinguendum esse putant, aut contractus minorum, vel mulierum omnino irritatur per legem municipalem, ut ex eo nec naturalis oriri possit obligatio, aut nõ sic improbatur quod licet civilem, naturalem tamen possit producere, priori casu fideiussor acceptus non tenetur. Secundo vtique, & ita intelligendi Alberi. Alexan. & modo citati, aliter eorum traditio defendi non potest. Parisi. consil. 16. num. 110. lib. 2. Hipol. de Marsil. in repe. rubri. de fideiussor. num. 292. Menoch. qui eleganter consil. 58. num. 70. 71. 72. li. 1. & qui in eisdem terminis nihil aliud pluribus relatis disputat. sic decidens Caua. decisio. 31. a num. 1. vsque ad finem decisio. Sequitur Mencha. lib. controuer. vsufreq. capit. 10. num. 7.

56 Secundo & animaduertendum posse fideiussorem accedere huic contractui, quoties se principalem constitueret debitorem. Tiraq. in dicta glo. 4. num. 14. qui solum citat Bal. in l. si vero §. hoc amplius ff. manda. Mencha. dicto capit. 10. num. 7. ex dicta l. etsi is C. de prædijs minorum Syl. consil. 89. num. 3. lib. 2. Nata. consil. 262. num. 14. lib. 2. Marsil. supra & alijs relatis idem Caua. dicta decisio. ne num. 20. in versic. aduertendum; & idem repe-

repetit multo plures allegans capit. decisio. num. 27. cuius nec dicta aut auctores citati sunt repetendi, idem paulo inferius num. 28.
 57 **¶** ex Prospe. Carau. practicam scribit obligationis fideiussoria illius, qui pro minore, aut muliere, aduersus legis municipalis formam se obligat, animaduertendo verba ita concipienda fore, vt referant titium se pro filiosam obligare, & soluere promittere, quo casu non solueret, pro quibus obseruandis obligat se, & bona sua principaliter, & in solidum, & ultra citatos. comprobatur Gasp. Bacca. tracta. de non melioran. ratio. doti. cap. 35. num. 9. Gutier. tracta. de con. iur. cap. 1. num. 41. Quae notanda captis huius regni aduocatis, vt discant harum constitutionum rigorem subterfugere.

58 **¶** Animaduertendum **¶** etiam, posse fideiussorem cum iuramento huic accedere obligationi filiorum, quo casu cum ex vi iuramenti principalem se reum debendi constituat, idem operabitur iuramentum quod clausula quam modo retuli, & vti principalis tenebitur, vt recte resoluit idem Nouissi. dicto cap. 1. num. 52. aduersus Pin. consil. 71. ductus auctoritate. Nat. consil. 262. num. 14. Alex. consil. 32. & Ioseph. Ludo. decis. 27. n. 2. quibus addendi Machiel. qui rectissime id defendit. Patrocin. 58. num. 7. & qui eundem refert cum multis qui eandem tuerentur sententiam, Cauat. decisio. 31. num. 9. vbi communem tenendam affirmat aduersus Bart. in dicta l. si quis pro eodem nu. 9. de fideiussor. Gomez in l. tauri 69. num. 4. Gutier. tractat. de contract. iurat. par. 2. cap. 20. nu. 14. Mencha. tracta. de successio. creat. 5. 28. num. 34. qui omnes, etsi obligationis vinculum in hac specie iuramento tribuant, & recte, altera tamen ratione eadem sententia defendi potest, cum enim superius ex receptiori sententia resoluius id posse fideiussorem qui se obligat tanquam principalis, qualis dubitatio esse potest adhibitio iuramento quod aliis inualidos contractus confirmat authen. Sacramenta puber. C. de preqd. & alijs reb. mino.

59 **¶** Et licet filius cum **¶** iuramento non possit vt supra poterit fideiussor quia non eadem in eo militat ratio, quae in filiosam. Aduertendum extremum circa vltima verba prima illius constitutionis *Per prouebit, &c.* quae in illius verbis disponit non posse iuramentum interponi in his filiorum contractibus: nam licet, vt dixi, iuramento tales contractus in casu huius statuti non confirmantur **¶** minime tamen potuit regia constitutio ex se ipsa id efficere ex defectu potestatis regiae capit. quamuis pactum, in verbis, improbet lex civilis, de pact. in 6. cap. cum contingat de iur.

iur. standum est enim iuri canonico in iuramentis quia agitur de peccati materia capit. licet mulieres de iur. iur. in 6. Gutier. in tracta. de contract. iura. par. 2. cap. num. 8. & 9. late, & docte Cauat. in reperto. decisio. 1. par. in verbo iuramenti in materia attenditur ius canonicum eleganter Surd. conf. 25 lib. 1. num. 29. 30. 31. & in eisdem terminis legis municipalis prohibentis iuramenta interponi in contractibus quod non valeat, Carpa. ad statuta Mediolan. cap. 453. nu. 92. & multis relatis idem comprobatur Alexan. Rauden. consil. 9. num. 44. cum sequen. lib. 1. eruditè Bero. consil. 180. lib. 1. a. n. 1.

60 **¶** Caterum, etsi haec vera sint de iure communi secundum magis communem, & receptam, **¶** quamquam lege regia id prohiberi posse contendat Dida. in dicto cap. quamuis pactum 1. par. 5. 3. num. 7. Pinel. in l. 2. 3. par. cap. 1. num. 11. C. de recinden. venditio. Martien. lib. 5. titul. 11. glos. 8. num. 1. ad **¶** submouendos tamen piorum hominum scrupulos affirmauerim non esse dubitandum in hoc regno, regijs legibus interdici posse iuramenti interpositionem ex causa in aliquibus contractibus, quemadmodum in dicta constitutione: Nam **¶** leges in hoc regno non à Rege solo feruntur, sed & communi totius regni voto promiscue, & nedum laicarum personarum, quas ad id regnum constituit, sed etiam Episcoporum, Abbatum, & Ecclesiasticarum personarum quas Cathedrales Ecclesia eligunt cum de committijs, & legibus ferendis agitur. Et cum adsint Episcopi, & ceteri regni prelati, & vna cum eis, eorumque voto leges ferantur, vel ex tacita ipsorum dispositione quae sufficeret propter scientiam, & tolerantiam, validae leges essent, quanto magis, vt dixi, expressè eis consentientibus.

61 **¶** Habet **¶** enim scientia, & tolerantia superiorum, vim dispensationis, ad tex. iuncta glosa celebri in capi. quia circa ex. de consan. & affini. vbi Panof. & ceteri, & dixit singularè glosam Siluef. in Summa verbo. Lex. quæst. 6. Decius in cap. 1. de excep. Felin. qui late de scientia, & tolerantia superioris, in cap. 1. de tracta. & pact. Dida. in Epito. ad 4. 2. par. cap. 5. 6. 10. num. 15. 16. & seq. Alexan. Rauden. de Analog. cap. 39. nu. 147. 148. 149. Quos etiam, & quales effectus pariat doctissima glos. non allegata, in pracma. sanctio. rubrica. de collatio. 5. volens in verbo tollerandas: quare, & in nostra eadè specie scripsit Dida. supra num. 18. ex **¶** receptori sententia, posse consuetudine mixtim à laicis & Ecclesiasticis personis introducta, statui aliqua, quae à solis laicis non possunt, quemadmodum Abb. Prepo. & Felin. nu. 18. docent in cap. 1. de spolia. ex tex. in ibi & glos. simula. Idem

Idè Felin. in ca. Ecclesia sancte Mariæ nu. 26. vbi Rip. de constitutio egregie Cels. Hugo. de nostris legib. loquens in cõf. 38. n. 8. Dida. & alij à me citati. 2. lib. d. ff. 7. vers. Secunda quia inquit. Accedat etiã & magis in terminis huius cõstitutionis prohibetis iuramentu, **¶** quod in gallia dispositio d. Authen. sacramenta puberũ minime obseruatur, quemadmodu testatur Caro. Moline. ad Alexan. cõf. 22. li. 1. & rursus apud eodẽ sublatu fore effectũ vimq. iuramenti in dispositione tex. ca. debitores de iur. iur. testatur Rupell. in insti. foren. illius regni li. 1. ca. 13. Hec autè apud pios homines nisi ob Episcoporu illius regni tollerantiã, scientiã, & patientiã defendi nõ possunt, quemadmodu Dida. animaduertit, in d. ca. quamuis pactu in 1. par. 5. 3. nu. 11. in vers. Sexto hinc dubiu est: quæ omnia & notanda, & perpetua tenenda memoria sunt ad tuitione nostrarũ legũ, quibus iuramentu ex causa in aliquibus casibus interdicitur.

62 **¶** Infertur **¶** secũdo verba & genuina declaratio ad alterã huius regni cõstitutione incipiente. *Per foragitar fraus*, id est ad excludendas fraudes, sub tit. de promi. Do. Regis. Petri. Quia cautũ, nõ posse filios vel alios quib. ob causam matrimonij quidquã fuit donatũ, ab huiusmodi recedere donationibus, & eas ipsas donatorib. restituere. Nam cõstitutio hac personas aprchendat, actũ etiã infirmet, & quæ gesta sunt, & si filius vel alter restitueret, nõ obligatur sua contuentione, nec naturaliter, ex his quæ superius. Tu quia cõstitutio fuit facta ad fraudes vitandas, quo casu ex lege fraudib. obuiatẽ impeditur ortus naturalis obligationis ratione consensus, vt late dixi hac comparatio. in vers. Hoc enim legis propriũ est fraudibus obuiare. His accedat **¶** quod etsi firmatẽ forent iuramento renuntiationes, nec eo quidẽ cõfirmarentur, docet idẽ Nouissi. li. 1. resolu. c. 8. n. 38. duabus potissimũ rationib. Prima **¶** quia statutum infringens cõtract. tanquã fraudulẽtos, quemadmodu cõstitutio hec, etiã adstãte iuramento, minime cõfirmatur, iuxta Bar. traditione in l. omnes populi nu. 25. de ius. & iur. Bal. n. 5. in d. authen. sacramenta puberũ n. 5. C. si aduer. veditio. vbi post antiquiores Iass. nu. 84. qui cõmunẽ ad idẽ citat Alex. Ruin. & Car. senior. cui addẽdus Cauat. qui multos refert decisio. 20. n. 22. ratione addit nu. 39.

63 **¶** Quonia **¶** statuta fraudibus obuia publicã dicuntur causam continere, late dixi supra in vers. Et in terminis earũdẽ cõstitutionũ: At eo casu iuramentũ nihil operatur Bart. in d. l. si quis pro eo nu. 8. Bald. & Corne. in locis ab eo relatis.

64 **¶** Altera **¶** ratio, quia instrumentum iuratum, cui aliã in vim statuti nulla tribui-

tur fides, non firmatur iuramento, nam cum deficiat inquit, probatio propter presumptionem statuti, & iuramentum in consequentiam.

65 **¶** Neq. **¶** ait firmatur iuramento cõtractus, quoties ob tertij fauore irritatur: quippe in illius vergat præiudiciũ cap. cum contingat in fin. de iur. iuran. cap. 2. de pac. in 6. cum alijs ab eo coaceruatis n. 41. nos supra vers. 66 **¶** Quamquam: **¶** illius tamen traditio in casu huius constitutionis in terminis iuramenti probari non potest, aut interpretanda quem admodum inferius dicam.

67 **¶** Primo **¶** quia statuta & leges municipales vt idem nu. 37. recte censit nusquã extenduntur ad contractus iuratos cum ex defectu potestatis statuentiũ, tum quia statuta iuxta iuris cõmunis dispositionem sunt interpretanda, quæ idem illic cõprobat multis relatis; addendi in his terminis Panor. qui ad partes disputat in disputatio. incipiente stante statuto Gutier. in d. authen. sacramenta puberũ nu. 35. Anchar. Rigi. q. 14. n. 14. lib. 2. & innumeri alij, quos ad idem institutu congerit Cauat. decisio. 30. nu. 12. in prima par.

68 **¶** Secundo **¶** cõtractus quomodocunq. nullus siue aduersus formã ab statuto præscriptam vel alio modo, iuramento validatur d. authen. Sacramenta puberũ d. c. quamuis pactum de pact. in 6. d. ca. licet mulieres de iur. iur. ex. & hæc est communis sententia a qua in iudicando & consulendo non est recedendum Gutier. tract. de contract. iura. 2. par. cap. 2. 1. nu. 14. post Dida. in d. ca. quamuis pactum 2. par. 5. 2. nu. 9. qui & Bart. contrarium docentem communiter reprobari scribit post Gomez in l. 69. Taur. nu. 4. vbi Mencha. Tiraquel. & alios refert: Et fuit opinio antiquiorum Anto. de Butri. & Immo. in d. cap. cum cõtingat Anchar. Rigi. q. 15. nu. 4. lib. 1. qui communem, quam etiam dicit communem, & ab ea non recedendum Bero. in consil. 181. nu. 2. in fin. vbi & num. 3. scribit hanc esse in dubio amplectendam, quia agitur de concernentibus animam & peccatum, quo casu tutior via est amplectenda, cap. iuuenis cum ibi notatis ex. de sponsa.

69 **¶** Quinimo **¶** etsi expressim statutũ vel cõstitutio nostra iuramentũ excluderet, & contractum dolo initum, vel non probantẽ statueret, vel etiã præsumeret, iuramentũ dolo vel fraude initum, notariosq. huiusmodi cõtractus recipientes fere puniendos, nihilominus quo ad fictionem iuramenti præsumpti per legem municipale, licet quoad annulationem cõtractus valeret, nõ tamen quoad iuramentum quod est vinculu spirituale, ex defectu potestatis, neq. posset nisi petita ab-

soluone retrocedere fili, vel mulier quem admodum egregie docet Alex. conf. 39. lib. 4. & dicit communem aduersus Bart. idem Bero. (qui multa docet ad hoc institutum d. conf. scribit) nu. 2. in fine.

- 77 His addendum & mirabile quod & si statuta alicuius loci fuerint per Pöti. Maxi. confirmata, non tamen censetur confirmatum hoc statutum derogans iuramento, quemadmodum erudite docet multis rationibus Alex. d. conf. 39. lib. 4. vbi & hanc opinionem dicit veriorē, & magis communem, quam & receptissimam dicit idem Bero. conf. 180. nu. 22. ad medium lib. 1. qui quibusdam illic obiectis respondet, eandem tenere nulli alij, quos refert Bruno. q. 22. nu. 32. Boni. de statuta. Vrb. pref. glof. 1. nu. 23. eos sequitur aduersus Rimi. cū plurimis alijs Alex. Rau. conf. 9. n. 44. & seq. lib. 1. addit n. 47. 48. 49. maxime tenendam hanc opinionem post S. C. Tridentinum; & Quinimo docet ex Bald. & Niui. quod vbi lex municipalis iuramenta interponi vetaret, si apponeretur, possent adiri Iudices Ecclesiastici pro illius obseruantia dixi supra in versu. Aduertendum extremo.
- 79 Triplex igitur & in hac controuertia (vt nullus posthac dubitationi locus relinquatur) inspectio obseruanda est. Prima circa contractus inualiditatem, altera circa obseruantiam iuramenti, tertia circa absolutionem petendam. Primæ inspectionis regula vera & communis, & contractum hunc ab statuto vel lege municipali firmatum non valere quia lex resistit, & nec naturalis obligatio oritur ex his quæ superius. & Secundæ inspectionis vera resolutio, teneri iurantes filios, vel mulieres iuramentum obseruare.
- 82 Tertiæ & iuste quidem peti ab hoc iuramento absolutionem; nec posse per Iudicē Ecclesiasticum denegari. Sic in terminis docet Causal. d. decisio. 30. a nu. 18. 19. quæ expressim scribit iuramentum hoc nullum esse, nu. 19. dicit hæc sed bene debet a iurante obseruari: vbi multos refert Alex. Gabri. Bal. Arnol. & Corset. adde eandem sententiā. summis nostrorū traditionibus docere egregie
- 83 Alex. Rauden. conf. 9. nu. 36. lib. 1. Vbi & ait quod & si contractus sit nullus, iurans tamen non potest contrauenire propria autoritate nu. 38. subiungit nisi petita absolutione a iuramento, dicens communem, & ita iudicatum Florentiæ referente Magoni. decisio. 22. nu. 5. & nu. 39. addit. Quia (inquit) statutum valet solum quoad annullationem contractus, non autē respectu nullitatis iuramenti secundum communem opinionem. & Bero. autē d. conf. 181. n. 4. circa tertiā hanc inspectionem adiungit, intelligere omnes doctores iustissimam causam petendi absolutionem fore annulla-

- tionem contractus facta per statutum. qui & d. conf. & antecedenti plerumque doctissima scriptis, is videndus. Eandem opinionem nouissime sequitur multis exemplis hominum, & legum municipalium similibus statutis comprobans. Petr. Surd. qui tñ de prædictis non meminit in conf. 194. li. 2. n. 21. 22. 23. 24. Et licet multi videantur tenere contrariā, si recte animaduertatur non tenent, quia minime negant absolutionem ab ipso iuramento petendam licet contractum non valere assenserent. & Neq. facit ratio à Nouissimo tradita num. 40. in d. cap. Quod cum hac constitutione fides instrumenti cassetur, vt ei in iudicio nec extra iudicium fides possit adhiberi, iuramentum quod alias non constaret præstitum nisi sola instrumenti scriptura nihil prodesset ex traditione Bart. in d. l. si quis pro eo n. 13. Bal. in d. ca. cū contingat n. 19. Panor. nu. 26. Pinul. cōf. 77. n. 8. & qui affirmant ex dispositione statuti, quo fides instrumenti infringitur, nedum instrumentum ipsum, sed & iuramentum penitus tolli ac si positum non fuisset, cū si probatio deficiat gesti contractus, & iuramenti. Nam in primis Respondetur contrariā in eisdem terminis esse veriorē, & magis comunē vt supra ex Bero. d. conf. 181. nu. 2. & consi. præcedenti.
9 His simile & in vltimis voluntatibus, in quibus verba prius sunt considerata l. cum ita legatur §. in fideicommissio. ff. deleg. 2. ibi, qui nominati sunt l. fina. C. de verbo. signifi. atq. id idem in terminis fideicommissi, & maioratus, ex his iuribus docuit Pau. de Castr. in d. consil. 164. num. 2. lib. 2. in vna Hispa. Sima. de Hispan. primog. lib. 1. ca. 2. Molin. tracta. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 2. num. 27. latius Bur. de Paz. in praemio ad ll. Taur. num. 126.

10 Quemadmodum & tenor & inuestitura feudalis attendi debet, & si a feudi natura diuertat cap. 1. de natu. success. feuda. cap. 1. de vno. fratribus Roma. consil. 33. col. 1. versic. inuestitura enim tenor, Iass. consil. 17. num. 3. lib. 3. Deci. conf. 435. num. 4. Rip. lib. 3. respon. titu. de reuo. donatio. cap. 18. num. 3. Silua. con. 30. nu. 11. lib. 1. Amilia. d. conf. 4. num. 1. Roland. a Val. conf. 60. num. 14. 15. conf. 67. num. 1. lib. 1. Capha. conf. 173. num. 16. lib. 1. pulchre Rebuff. in concor. Gaill. in praem. glo. in verbo tenor Viui. d. decisio. num. 4. qui praeter modo citatos alios refert Menoch. lib. 3. praesumpt. praesumpt. 104. num. 26. ad medium Socin. consil. 66. num. 20. Silua. consil. 3. num. 77. lib. 1.

11 Sic & verba testamenti diligenter ponderanda §. nos igitur verbis, subtilius testamentum considerantes in verbis ipsis inuenimus, in authen. de restitutione fideic. colla. 9. l. 1. ff. de testam. Socin. conf. 61. num. 4. lib. 3. Burg. de Paz. in conf. 29. num. 46. lib. 1. qui alios recenset.

Sed & tenor emphiteosis attendendus l. 1. & 2. C. de iur. emphit. l. ad probationem C. de loca. Surd. d. decis. 95. nu. 15. Tenor & itidem donationis, & verborum illius d. l. si quis stipulatus sit stichum vbi Castren. Alex. Iass. Burfa. conf. 85. nu. 1. lib. 1. cum alijs relatis a Caval. decis. 42. num. 1. 1. par. Meno. d. praesumpt. 104. num. 25. Sanè & si a verborum proprietate recedendum non sit in dispositionibus quibuscumq., attamen sepius non magis subiecta materia & contractus natura attendi debet d. l. insulam ff. praescrip. ver. d. l. si vno. ff. loca. l. si olei C. eod. Ioan. Pet. Surd. decisio. 272. num. 1. & aliquando emptio iuxta subiectam materiam pro locatione vsurpetur l. ea lege. §. locauit ff. loca. l. ij. qua C. de loca. & aliquando vendidit, pro permutauit Galli. de verb. signi. lib. 3. ca. 5. num. 6. Sic & in contractu emphiteosis si adsit pretium, potius emptionis contractus aduersus vim verborum, & non emphiteosis iudicabitur, quemadmodum haec & alia his similia adiungit Tiraq. tract. de retractu. cofan. §. 31. glo. 1. num. 34. Deci. qui aliqua adfert exempla in l. non vult heres esse num. 8. de reg. iur. & in l. 3. num. 8. de testam. milita. Alciat. tract. de praesump. regu. 3. praesump. 36. ad finem, Crauet. conf. 245. nu. 6. Afflict. decis. 72. in fine: quemadmodum & in emphiteosi facta sub nomine locationis. Neuizan. conf. 92. nu. 12. Nat. conf. 49. num. 14. lib. 1. Meno. tract. de praesump. lib. 3. praesump. 104. nu. 28. 29. 30. addedi Zuchar. in l. posthumo nu. 14. C. de bono. possessio. conc. ta. Matien. in d. glo. nu. 5. Cagno. in §. his itaq. nu. 14. in proemi. ff. Surd. decis. 322. nu. 29. 30. Simo. de Petr. tract. de inter. verb. vlt. volun. lib. 2. fol. 13. nu. 3. 4. 5. 6. qui egregie alibi scripsit, maxime haec procedere quoties rustici & imperiti loquuntur, qui verborum proprietatem non intelligunt lib. 2. interpre. 3. dubio. 2. nu. 294.

15 Atq; & proprius, ita fiet vt an matrimonium aut sponsalia sint, verba debeant attendi vt que in promissionem contrahendi matrimonium sonent, ea sponsalia dicantur, que promissione carent, sed de praesenti sunt matrimonium indicent, quemadmodum declarari hoc libro. comparatio. 2. Quibus & autem verbis sponsalia contrahantur paucis videam, quod & si Meno. nouissime praestiterit lib. praesump. 3. praesump. 3. multa tamen illius traditionibus non spernenda adiungi posse reor.

16

Ytilitas

Vtilitas indagacionis millies fuit repetita, quia sponsalia clandestina. S. Tridenti. Concilio non faere sublata, matrimonium sic. Duplicem & autem nostrates sponsaliorum speciem constituerunt, quaedam re, & verbis de futuro, qualia sunt sponsalia, quae per verba de futuro concipiuntur a pueribus, & a rariore maioribus, cum vir aliquam in matrimonium ducturam pollicetur. Alia sunt verbis de praesenti conceptis, iuris autem interpretatione de futuro, sicut sunt ea, quae ab impuberibus per verba de praesenti contrahuntur, quoniam in his lex propter inhabilitatem (minorem scilicet ad ea contrahendum legitimam aetatem) interpretatur contracta, adueniente tamen prius aetate, quam expectare debent vt recte contrahant cap. attestaciones vbi Panor. Anton. de Butr. Imol. & posteriores de despon. impube. Domi. Fran. Anchar. & alij post glo. in cap. vni. §. idem de despon. impub. lib. 6. ex eo tex. Didac. in Epito. de sponsa. 1. par. cap. 3. num. 2. & cap. 4. §. 2. num. 2. Menoch. tract. de praesump. li. 3. praesump. 2. num. 16. Matien. in glo. 1. rubr. t. 1. lib. 5. ordinatio. num. 57. primi generis sponsaliorum exempla non pauca interpretes nostri adferunt.

17

18 Primum & occurrit, quoties verba in futurum audiunt, & actus principium tantum designant, & cum vir mulieri dicit, *promitto quod te ducam in uxorem*: his sanè verbis, sponsalia tantum non etiam matrimonium contracta videntur. cap. de illis cap. penulti. de sponsa. Panor. in cap. ex parte. num. 7. ex de sponsa. Anton. de Butr. num. 7. Ferret. conf. 259. num. 1. & 281. num. 3. Menoch. d. praesump. num. 2. Deci. conf. 368. num. 2. Curti. conf. 142. num. 6. Tiraquel. de retract. conuent. in fin. num. 77. Marci. de Gara. inter consilia matrimonialia conf. 17. num. 1. Didac. in Epito. de sponsa. 2. part. cap. 4. §. 1. num. 5. & qui alios multos Gutier. in Canon. quaest. lib. 7. cap. 23. a num. 30.

19 Declarat & tamen Panor. in d. cap. ex parte num. 7. quando verba sonant in futurum, significant tamen executionem actus, consummati, vt quia dictum fuisset, *promitto quod te pro legitima habeo uxore*, ratione eam prodidit, quod fieri nequeat aliter mulierem pro legitima haberi posse uxore, nisi procedat matrimonium, ex quo videtur in necessariam consequentiam cum ea de praesenti contrahere obligat enim se ad executionem argumento tex. in cap. de illis ex de sponsa. Panormita. sequitur ibi Anton. de Butr. num. 10. Cardin. quaest. 1. addit & idem Panormita. tunc haec maxime procedere, quoties supra scriptis verbis alia fuerunt addita, scilicet ab hoc tempore, de caetero,

20

& his similia, sequitur Menoch. d. praesump. num. 3. Haec & Panormita. & caeterorum traditio omnino displicet, & verius crediderim solum sponsalia contracta: nam in eo decipiuntur, qui credant verba executionem actus praesentis respicere, cum id verum non sit, Haec & enim pro legitima uxore, reguntur a verbo habeo, quod futurum tempus respicit, & ab eo regulanda sunt; habent enim tractum successuum, & futurum tempus spectant inter diuortium ff. de verb. signifi. Et futurum & dicitur edificium, quod esse speratur l. si seruitus ff. de seruitu. verba praedior. Res & futura deterior, cuius ruina timetur l. impense ff. de verbo. signifi. quinimo & verba praesentis temporis futuro adiecta, futuri etiam temporis significatione accipiunt. *Is quis rem, in verbis futurum est, vt in potestate eius, que poeniter compromissis, sit compromissum eludere* ff. de arbit. h. damus §. item si futurum ff. de potest. heredi. titius de pigno. actio. l. cum in plures §. locator ff. locati.

21

22

23

24

25

26 Accedat & his, quod hic casus dissimilis non est ab eo, in quo quis alteri vendere, emere, aut fideiubere promittit, cum ex hac promissione adhuc contractus emptionis vel venditionis perfectus non censetur, quamuis promittens vt perficiat cogi possit l. si fidei iussor §. meminisse de leg. 2. l. si quis stipulatus sit stichum §. fina. de verb. obliga. in bon. fidei §. si tamen ff. de eo, quod certo loco, cum his, quae fute ad hoc institutum coaceruauit hoc lib. comparat. 2. Rursus & verbum habeo, vel habere tractum habet successuum l. stipulatio ista habere licere de verbo. obliga. Neque ratio illa, qua mouentur Panormita. & caeteri obest, quia non executionem actus praesentis, sed futuri respiciunt.

27

28 Et post haec scripta, & turissimis rationibus impugnatam Panormita. Menoch. & aliorum sententiam, animaduerti eandem a Theologis maximi nominis alijs, tamen improbari validissimis rationibus, quas atque eorum autores refert & sequitur Didac. in Epito. de sponsa. 2. part. cap. 4. §. 1. nu. 57. a quo Gutier. lib. 1. canon. quaest. cap. 23. a nu. 37. illius innitens argumentis eandem sequitur.

29

30

Theo.

Theologi referente Didac. vbi supra nu. 5. ad finem.

30 Secundum & adferunt scriptores exemplum, quoties verba sonant in futurum & executionem significant actus perfecti & consummati, præcedunt tamen verba sponsalia significantia, cum dicitur, *promitto quod te ducam in uxorem, & tenebo te pro legitima uxore*: Existimant & non in hac specie induci matrimonium sed sponsalia: ea ducuntur ratione, quod dubia verba actus executionem significantia a verbis præcedentibus retringuntur aperte sponsalia designantibus, argumentum l. fina. §. cui dulcia ff. de vino tritici. ca. sedes cum simili de rescrip. Panormita. in d. cap. ex parte num. 7. Anton. num. 10. Roma. singu. 338. Alexand. consil. 152. num. 4. & alij quos refert Dida. in d. §. 1. num. 5. verum item quamvis Menoch. d. præsumpt. num. 4. quæ sanè verissima traditio est, & eo non relato Gutier. d. cap. 23. num. 36.

32 Tertium & exemplum quoties dictum a viro fuit, *volo te in uxorem habere*, quia ea verba præmittunt actus executionem id est matrimonium, nec aliter possunt verificari, ita Hostien. & Panormita. in d. cap. ex litteris in 1. ex. de sponsa. sequitur Dida. in d. §. 1. num. 4. ad fin. Gutier. d. cap. 23. n. 23. 24. 25.

33 Qui & etiam ea ratione mouentur, quod verbum volo rei adiunctum, vt in hac specie, vxori, matrimonium efficit perfectum, extraditione Bal. in l. 1. col. 2. C. de sum. Trinita. & aliorum in l. ferui electione §. fina. deleg. 1. & in l. in vendentis C. de contrah. emp. adde his, quod verbum volo ab eo prolatum, qui liberam habet actus exequendi facultatem, sui natura est dispositiuum §. fina. vbi omnes instit. de singu. reb. per fidei relic. l. 2. C. communia de lega. l. & eo modo de lega. 1. Paris. cons. 52. num. 7. lib. 2. Deci. cons. 13. & 23. Capha. cons. 134. num. 25. lib. 1. declarat Odd. tracta. de compen. subli. part. 5. artic. 1. num. 6. Rursus verbum habere in hac clausula tempus præsens designat, sicut & cū effectu de presenti accipiendum est l. nomen filiarum §. habere de verbo. signi. nec dicitur quis vere id habere, quod licet possit habitu, actu tamen non habet. Clemen. vni. de offi. Vicar. ornat. Rebus. in d. §. habere verbi. Ex quo infertur primo.

34 Quartum & exemplum est in eo qui dixit, *tecum matrimonium contrahere volo*, quoniam verbum volo in his, quæ a sola voluntate loquentis pendunt adiunctum infinitiuo significat initium actus, eiusque suspensionem, & idcirco erit contractus sponsaliorum non matrimonij Ioan. Andre. Panormi. & posteriores in d. cap. ex litteris Gutier. d. cap. 23. num. 27. & 28. & dixit communem

Didac. d. §. 1. num. 4. reiecta sententia Ioan. & Asten. qui existimant, nec in hac specie contracta sponsalia fuisse, pariter & Cardina. in d. cap. ex litteris, ex aduerso contrarium omnino existimantis, matrimonium scilicet fuisse his verbis contractum, cuius sententia nec mihi placet.

36 Verum & non displicet Ioan. & Asten. opinio, qui docuerunt nec sponsalia contracta fuisse: quoniam verbum volo in contractibus nihil ponit, non magis ac si quispiam diceret, volo a te domum emere, non enim hoc casu emptio sed nec promissio vlla emendi contracta censetur, vt ex ea emere cogi possit: Voluntas enim non ponit aliquid in esse, cum quid ab alio venit, explicandum vt in matrimonio, in quo solius viri consensus nisi adfit mulieris simul nihil operatur. Et præcipue vindicat traditio quando verbum volo adiungitur infinitiuo vt hic est singularis doctrina Barto. in l. 1. C. de Sum. Trinita. post glo. in l. in vendentis C. de contrahen. emp. sequitur Iass. in dil. r. num. 24. atq. ideo Dida. opinio cum Panor. & Anton. sustineri non potest.

38 Tribus & tamen casibus veram esse eorum sententiam crederem, quoties ea verba de liberate prolata fuissent ad mulieris interrogationem, aut quoties tractatus aliquis præcessisset, vel quoties communis loquendi vsus hanc reciperet interpretationem, quæ vera etiam fatetur idem Didaeus supra num. 4.

39 Quintum & exemplum nostri perhibent, quando ita a viro dictum, *non aliam in uxorem habebis nisi te*, anceps enim controuersia est an sponsalia, an vero matrimonium fuerint contracta: contractum fuisse matrimonium affirmant multi Ioan. Andr. Cardi. Panorm. in d. cap. ex parte. refert ex alijs receptam Dida. d. §. 1. nu. 6. Alciat. in respon. 13. nu. 5. Iass. Deci. & Curti. iuni. in l. actione C. de transactio. Menoch. qui & communem d. præsump. num. 8. ea ratione mouentur, quod

40 & dictio nisi subsequens præcedentem negationem, affirmare facit, ea, quæ ponit, quem admodum & si sequatur negatiuam negationem operatur. l. si eum §. qui injuriam ff. si quis cautio l. in actione C. de transactio. l. feriatis C. de ferijs Barto. in d. l. actione vbi Salicet. num. 3. Alex. & Iass. num. 3. Deci. qui alios num. 5. Padilla. num. 12. Gutier. d. cap. 23. a num. 1. cum sequen. multis.

Contrariam sententiam defendunt Calde. Anton. de Butr. & Zoch. in d. cap. ex parte, quos sequitur Capol. consil. ciuili. 1. Alciat. in d. l. actione quos sequitur Dida. post Paluda. & Theologos quosdam in d. §. 1. n. 6. 7. existimant illis verbis matrimonium non dici con-

41 ei contractum licet, sponsalia sic, mouentur tex. & singulari in l. si lterilis §. penulti. ff. de actio. & empt. vbi qui rem vendere nisi titio promissit, licet alteri vendere non debeat, si tamen vendiderit, venditio valet vnde cum illic nihil actum priore conuentione fuit, illa nisi dictione concepta, ita in hac specie videatur: Et licet Dida. huic textui responderi posse existimet, quod in eo, & si absolute vendens vendere promississet non ex hoc contracta venditio foret; ad ea quæ nos fufe comparatione 2. docuimus, in hoc tamen casu si communem sequamur traditionem ex sola promissione matrimonium inducitur quemadmodum tertio scripsi exemplo; quoniam huic refractario responderi commode potest, non perpetuam esse traditionem, & casus distinguendos fore, an verba concepta sint de presenti, habeo scilicet te in uxorem, an de futuro, vt in quarto exemplo, tunc autem nulla est inter vtrumq. casum differentia. Ex alio vero mihi non facit,

42 quia & in venditione loquitur, quæ duobus eiusdem rei fieri potest, & si is cui prius tradita sit preferatur, licet alter actionem ad interesse aduersus venditorem habeat: quoties cum ibi latissime notatis C. de rei vindica. at in matrimonio id fieri nequeat, quia solus consensus perficit contractum: quamquam recte intuenti nulla inter hos contractus differentia constitui possit; vbi per verba de futuro concipiuntur, ex his quæ Dida. ipse animaduertit & gloss. supra. Opinatur autem maxime aduersus communem pugnare sententiam Sceuolæ. I. C. responsum & in l. Titia. §. fin. ff. de manu. testam. verba hæc sunt *Onesiphore nisi diligenter rationes excuseris liber ne esto, quæro an his verbis Onesiphorus libertatem sibi vindicare possit: Respondi ijs verbis, quæ proponerentur libertatem potius adimi quam dari: interpretatur Barto. liberum esse Onesiphorum non posse, non redditis rationibus, nec ab hærede manumitti, redditis posse, non autem ex testamento manumissus censetur, & quia nisi dicitio subsequitur potestis negationem, & ponit rationibus datis manumittendi facultatem; Ex his argumentatur Dida. aduersus communem simile in hac specie fore, vt nisi dicitio potius adimere facultatem, quam dare videatur, vnde nec sponsalia etiam contracta censeri, cuius sententiæ autorem etiã post supra relatos asserit Adrianum in 4. quæst. 12. de matrimo. Adrianum vero nouissime sequitur Azpilue. qui in eodem nostro loquitur casu cons. 48. sub titu. de sponsa. dicens eum sibi videri veriore, quamquam in eo super quo consultit casu diuersum opinetur, propter deceptionem a viro*

43

44

adhibitam, qua mulier fuit circumuenta, & Gutier. in d. cap. 23.

45 Sed & vt ad institutum reuertar, prætermisissis his, quæ ad huius §. fina. declarationem non iniucunde Alciat. scribit lib. Paradox. 5. cap. 4. vere id nostri tradiderunt dictionem hanc illius esse naturæ, quemadmodum a Barto. tradita fuit ibi, & in d. l. actione C. de transactio. vbi Salicet. num. 3. cum alijs quos supra adduxi in quinto exemplo, & præter eos Bal. consil. 428. num. 3. lib. 1. vbi de Iudice non admittente appellationem, nisi si & quatenus loquitur, Alexan. cons. 83. nu. 3. lib. 1. Bero. consil. 84. num. 17. lib. 2. Ruin. consil. 127. num. 13. lib. 2. Parisi. consil. 31. num. 35. lib. 2. Rolan. consil. 49. num. 12. lib. 3. Menoch. de arbitrar. iudi. quæst. quæst. 54. num. 20. Osa. de. de. 131. num. 1. Et licet huic etiam contrario responderi possit, ideo in eo §. fina. Onesiphoro adempta libertas, nisi rationibus diligenter excusatis censetur, quia præter testatoris excusatum factum etiam Onesiphoro de rationibus reddendis exquirebatur, in hac specie solus sufficit consensus, nec factum tertij postulatur.

46 Nec & tantoperè mihi laborandum videtur circa huius §. intellectum quemadmodum Didac. in d. §. 1. Bellon. lib. suppit. 2. cap. 17. Alciat. in lib. 5. paradox. cap. 4. Forcatu. in Neoman. iur. dialogo. 52. qui & ad huius aliquando §. verum sensum expetendum, magicis carminibus opus fuisse asserit: vt his Sceuolæ (§. illius auctoris) anima ab inferis suscitata verum redderet intellectum, reddidit eundem, quem antea Bartolus scripserat, nisi autè post alios non obscurum esse animaduertit.

48 Nam & nisi dicitio vt gràmatici aiunt bonorumque litterarum auctores, composita est a duobus dictionibus, si & non, iudicatum petit in sententiæ principio, subiunctiuum aliquando Valla. assertore lib. 2. Elegan. vnde & Cicero sepius sic accipit. 4. in Verr. *Nisi (inquit) restituisent statuas vehementer minabatur*. Terenti. in Heauton. *nam nisi me animus fallit, hi sunt germani duo*. Plauti quoque loco altero id ipsum innuitur. *Nisi animus fallit hic profecto est annulus, quem ego suspicor*: Vnde cum dicitio hæc quodam modo negatiua, adiecta fuerit in principio clausulæ testatoris illis verbis, Onesiphore nisi rationes, &c. Rursus ad finem eiusdem clausulæ, altera dicitio negatiua fuerit interiecta, illis verbis *liber ne esto*, & negatiua due affirmationi equipollean l. duobus. de verbo. signifi. sequitur Onesiphorum rationibus redditis liberum esse fore.

49 Sed & dictio nisi, aliquando conditionem inducit l. 1. §. inde scribit ff. de posi. in verbis nec debere absolui nisi restituat l. in testamento quidam ibi, & nisi fieret hæredes magna pecunia multarentur ff. de conditio. & demonstra. docet Bart. in l. fidei commissa. §. sic. num. 1. deleg. 3. sequitur, sub conditione relictam Onesiphoro libertatem, nisi rationes diligenter reddiderit, sub contraria conditione concessam, tritissimis iuribus: & expressim in redditione rationum l. qui filium §. fina. illic impletam conditionem videri ff. de manumif. testam. l. si ita scriptum ibi glos. vni. eod. titu. Neque & Didaci obiectum obest, qui dixerit inibi, & in eo hunc errare sensum, quod ad diminutionem inducitur nequeant augmentum operari, unde cum ad tollendam libertatem verba fuerint prolata, nequeunt manumissionem operari: quia & si ex vi verborum id videatur expressum, tacita tamen in contrarium euentum, id est rationibus diligenter redditis conditione impleta, aliud censit d. l. si ita scriptum & d. §. fina. *Attamen mihi semper hæc extrema placuit sententia non quidem iuribus his, quæ vitari possunt susculsa, sed vna tantum ratione quod versus, & communis loquendi vsus,*

50 verba & hic interpretatur: *Non aliam in uxorem habebis nisi te*, id est si quando aliquam ducturus sum in uxorem, ducam te, unde licet in euentum vir promittens & matrimonium contrahere volens fidem obseruare teneatur, cogi tamen ut eam in uxorem ducat non potest: & licebit in coelibatu viuere citra illius iniuriam quemadmodum Adrian. Paluda. & Didac. opinantur in his enim communis sensus, verba & qualitas etiam personarum animaduertenda sunt ut Dida. idem eo §. num. 2. docet & ego supra in principio.

51 Sextum & adferunt exemplum in eo qui ita *Non ducam aliam in uxorem, & accepto te pro uxore*, verba enim præcedentia dubia sunt, sequentia aperta in hac specie respondet Ferret. consil. 86. num. 1. & 2. & Menoch. consil. 366. num. 36. & in d. præsumpt. num. 5. contractum his verbis fore matrimonium, quia verba præcedentia dubia à sequentibus interpretationem recipiunt, quemadmodum conuerso ordine sequentia dubia à præcedentibus claris d. l. fin. §. cui dulcia; Clemens non potest de procurato. cap. sedes de rescrip. quam probò sententiam, atque altera defendo ratione, Quod & si dubia verba forent, pro matrimonio sunt iudicanda. cap. iuuenis ex. de sponsali. cum ibi late adnotatis Azpil. consil. 23. num. 1. tit. de sponsali.

54 Septimum & exemplum est in eo qui ita dicit: *volo te accipere in sponsam, & uxorem, & in te consentire per verba de presenti*, Respondit Corne. consil. 91. num. 10. lib. 3. contracta tantum censi sponsalia, licet posteriora verba matrimonium indicent. sequitur Menoch. d. præsumptio. num. 6. Displicet & omnino Menoch. & Cornei opinio ut magis matrimonium hic quam sponsalia contracta opiner: nam si ut præcedenti scripsi exemplo cum Menoch. 1. verba aperta sequentia, præcedentia dubia declarent, cur non, idem in hoc casu obseruandum non sit, certè non video: si enim dixeris verba priora clara esse & sponsalia significare, id negauerim nam de presenti tempore verba concepta sunt, & sponsa. etiam de presenti dici potest, & si improprie, quemadmodum post alios rectè docet Didac. in Epitome de sponsa. cap. 1. num. 3. 4. & 5. Et suo loco dicitur.

56 Octauum & exemplum, quando verba de presenti proferuntur, cum vir ait, *volo te in uxorem*, & è contra mulier viro: nam hoc in casu matrimonium contractum censetur, cap. penult. de sponsa. Panormita. in d. cap. ex parte. num. 7. vbi Anton. de Butr. num. 10. & alij quos sequitur Menoch. d. præsumpt. num. 1. Didac. supra. num. 4. Gutier. num. 27.

57 Nonum & exemplum, quando dictum, *promitto contrahere matrimonium & non cum alia nisi tecum*, contracta sponsalia creduntur ut cum dicitur, *Ducam uxorem & non aliam nisi te*; esset autem matrimonium vbi diceretur, *contraho matrimonium & non cum alia nisi tecum* Didac. & Adrian. d. §. 1. num. 8. versic. subinfertur, Gutier. d. cap. a nu. 1. & 2. Alia vulgo circumferuntur exempla que prætereo.

58 Cæterum & quoties dubitaretur an sponsalia sint an vero matrimonium, in dubio potius matrimonium quam sponsalia iudicandum, docet Anton. de Butr. in d. cap. ex parte. num. 10. Lap. allega. 56. num. 14. sequitur Menoch. d. præsumpt. num. 9.

59 Declaranda & tamen noue traditio hæc, ut non vindicet de iure nouo S. C. Tridentini, quo improbata fuerint matrimonia clandestina, secus sponsalia Gutier. d. cap. 23. num. 11. unde si dubitaretur an verba extra parochi, & testium presentia prolata matrimonium sint, an sponsalia potius salua semper sanctæ sedis Apostolicæ autoritate sponsalia quam matrimonium iudicanda, quin pro validitate contractus in dubio iudicandum, ut potius valeat quam pereat. l. quoties in actionibus ff. de reb. dub. docui late hoc libro comparatio. 17. Et si interpretatio

COMPARATIO. XXI.

MATRIMONII CONTRACTVS an bonæ fidei vel stricti iuris, similiter ab eo actio descendens qualis, noua & subtilis disputatio, & que inde utilitas.



LAMITANT & vbiq. iura in fauorem matrimonij, cuius causam adeo fauorabilem esse voluerunt, ut in dubio pro eo præsumatur cap. fina. vbi Panor. & alij de sen. & re. iudica. cap. ex litteris ibi glos. de probatio. & in cap. si quis acceperit 33. quest. 1. & multis relatis docet Mascard. tractat. de probatio. tom. 2. conclu. 1023. a n. 1. dixi comparationibus superius scriptis. Sanè & ut in bonæ fidei contractibus bonæ fides propter æquitatem exuberat, interpretes in §. actionum insit. de action. & in rubri. ff. de reb. credi. Didac. Conartu. in cap. possessor. 2. par. §. 6. num. 2. 3. de reg. iur. & infra dicitur; sic in matrimonialibus causis Triuisan. decisio. 6. num. 5. lib. 1. ad hæc præter alios aliquando adduxi iura duo egregia. l. semper in coniunctionibus, & ibi glo. in verbo *bonestum*, scilicet (inquit) de æquitate ff. de ritu. nuptiar. l. nec adoptiuus versic. *unde nec vulgo*, verbis quoniam in contrahendis matrimonijs naturale ius, & pudor inspiciendus est eod. tit.

Ut autem nouam hanc matrimonij contractus questionem exordiar, paulo altius res repetenda est, Sciendum & igitur contractuum summam inter plures alias, diuisionem interpretes docere hanc, scilicet, alios bonæ fidei, alios stricti iuris: quæ expressim à Iustiano tradita in §. actionum autem insit. de actio. & iure antea veteri præcognita in l. in actionibus vbi glo. & posteriores ff. de in lit. iuran. ab omnibus inconcussè obseruatur: & si post Fabr. Ias. impugnare tentauerit, quorum obiectis Ludo. noster Gomezi. mire doctus & subtilis defendit illic. Sed & canonice eam ipsam obseruant, Panor. Anto. Cardina. Imo. & posteriores in cap. cum venerabilis ex. de excepti. Dida. in d. cap. possessor. §. 6. num. 2. par. 2. Dicuntur & autem bonæ fidei contractus, nõ quod in his bonæ fides tantum quæ in cæteris etiã stricti iuris debeat obseruari l. bonam fidem C. de actio. & obliga. l. si mado §. 2. ff. manda. sed quia æquitate magis institiam (quam equum, & bonum dicimus) iudices animaduertere debeant, non ius summum vel illius rigorem l. placuit C. de iudi. & que his familia coaceruat Tiraquest. lib. 1. de retract. §. 3. glos. 1. in prin.

pretatio pro matrimonio sumeretur, ea diligenter via per quam actus posset infringi: Adde quod ideo olim pro matrimonio fiebat interpretatio in dubio, quia ea fauorabilior erat contrahentibus, quæ ratio hodie cessat in dicta specie.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonij causa fauorabilis.
- 2 Bonæ fidei in bonæ fidei contractibus exuberat.
- 3 Contractus quidam bonæ fidei alij stricti iuris.
- 4 Contractus bonæ fidei cur ita appellentur.
- 5 Contractus stricti iuris cur sic dicantur.
- 6 Contractus nominati per Iustinianum in §. actionum de actioni. cur bonæ fidei tantum dicantur.
- 7 Accurij traditio improbat.
- 8 Contractus bonæ fidei cur sic appellentur secundum communem.
- 9 Zafij opinio circa contractus bonæ fidei.
- 10 Zafij opinio refellitur a Dida.
- 11 Contractus bonæ fidei cur sic secundum Curtium.
- 12 Curtij opinio reprobata.
- 13 Opinio Dida. adducitur.
- 14 Opinio Didaci confirmatur.
- 15 Anton. Mas. opinio circa Triboniani errores.
- 16 Contractus matrimonij an sit stricti iuris an bonæ fidei.
- 17 Dolus dans causam contractui bonæ fidei annullat contractum.
- 18 Bonæ fidei in matrimonij contractu exuberat.
- 19 Actio de dote dicitur bonæ fidei.
- 20 Actio dotalis à matrimonio oritur.
- 21 Matrimonium sine dote esse potest.
- 22 Quod in consequentiam elicitur dicitur de mente disponentis.
- 23 Mens disponentis proprietati verborum præfertur.
- 24 Dolus dans causam matrimonio non irritat matrimonium & quare.
- 25 Contractus matrimonij prærogatiua singularis.
- 26 Matrimonij in contractu fere semper dolus & mendacia intercedunt.
- 27 Actio a matrimonio descendens illius sequitur naturam.
- 28 Diuisio contractuum bonæ fidei, & stricti iuris, iure canonico confirmatur.
- 29 Distractus matrimonij id est diuortium, quod sit legis auctoritate bonæ fidei etiam dici potest.

- 5 Stricti & iuris contractus ideo dicuntur, quia in his summum ius nulla æquitatis ratione habita obseruatur, & durissimum quodam modo iudicium fit quemadmodum Gornesi in d. §. actionum declarat. Æguina. Ferr. Bal du. & alij Dida. in d. §. 5. num. 2.
- 6 Grauior & autem controuersia est, cur nominati tantum à Iustiniانو in d. §. actionum, magis quam reliqui, bonafidei dicantur. nam glo. in d. §. actionum existimat ob id fore, quia in his aliquid ex æquitate venit præter ipsius actionis naturam, in reliquis minime.
- 7 Improbant & multi Accur. traditionem, quia nullam differentia reddit rationem, id enim queritur, cur in bonafidei magis quam in cæteris sepius aliquid præter actionis naturam accidit.
- 8 Alij & quorum receptior opinio est, ideo bonafidei appellari existimant quia in his plenior & cumulator bonafides quam in cæteris exquiratur vt Fab. Plat. Ange. Iass. Gome. & alij adhuc autem diuersitatis ratio nõ redditur, nam & in eo hæc vt superior deficit traditio, quod primam repetat, & non decidat quaestionem; cur enim in his quam in alijs magis exhuberant fides bona possulet non illi decidunt. & Zafi. autem in l. qui autem ff. quæ in frau. credito. scribit, contractus bonafidei dici, quia apud Romanos olim iurigentium contractus quales ij qui à Iustiniانو in d. §. actionum numerantur, in templo fidei celebrarentur: refellit & Didac. Zafium quod nusquã apud probatos auctores appareat iurigentium contractus in hoc solitos tẽplo celebrari; Aliter & igitur Curt. iuni. terminat in l. in bonafidei C. de pact. & in l. in actionibus ff. de in lit. iuran. in his de substantia bonam fidem exigij, in stricti iuris effectum tantum: subtilis & sanè consideratio vt ille subtilis erat, sed eodem argumento conuincitur quod nullam in his differentie adferat rationem.
- 13 Extremo & Didac. non absurde opinatur sic dici bonafidei quod pratores antiquitus qui actionum formulas concederent, in his contractibus, clausulam & bonafide adijcere soliti erant, in alijs non sic: id ipse latius scribit illic, sed mutuasæ omnia à Duareno in d. l. in actionibus, ab Æguina. in d. §. actionum & Caron. lib. verifi. cap. 3. author est Alua. Valaf. tra. stat. de iur. emphiteo. part. 1. quaestio. 5. num. 5. ad fin. qui & inibi addit cuius ipse sententiam libenter probo, & ideo etiam bonafidei dictos illos contractus tantum, quia in his magis quam cæteris propter ipsorum frequentiam bonafides exigitur: cum expediat eos qui quotidie apud omnium manus circumferuntur, magis ex æquo, & bono iudicari. argu. l. iusto ff. de

- vsucap. & glof. in l. 2. in principio ff. de vsucap. Faber. & Bellaper. in d. §. actio. concinit huic rationi. l. quod si nolit §. quia assidua ff. de ædili. edic. l. certe in fine ff. de prececa. l. vt liberis ad finem C. de collatio. §. fin. instit. de satis. l. certi conditio §. si nummos vbi Bart. Pan. Alexan. Iass. & cæteri ff. de re. credi.
- 15 Nec & reticendũ est, Anton. Mas. Virum eruditissimum libro de Indi. bonafidei. aliter atque aliter aduersus omnium sentire traditionem; qui demum in Tribonianum exurgens acerrime eum reprehendit, quod absoletam, & antiquatam actionum diuisionem bonafidei & stricti iuris, ex ignorantione proprietatis verborum linguæ latinæ Romanorumque rituum quia græcis erat, tradiderit & in multis errauerit; is legendus.
 - 16 Sed & an matrimonij contractus iuris sit stricti an bonafidei videamus; Quem articulum nullus hucusque, quæ ipse viderim vel audierim attingit; & iuris stricti fore videtur, consentiunt enim omnes, nullos alios præter numeratos in d. §. actionum aut alio iure expressim, bonafidei esse; vnde cum matrimonij contractus numeratus non fuerit inter strictos computandus est.
 - 17 Secundo & constat dolum dantem causam contractui, bonafidei annullare ipso iure contractum l. & eleganter vbi glo. & Bart. ff. de dolo. l. 3. §. fin. ff. pro soci. l. in cause ff. de minori. glo. & omnes in l. 2. C. de rescinden. vendi. tamen dolum dans causam matrimonio non infringit matrimonium glof. in cap. veniens vbi cæteri de transactio. & dicemus lib. 2. differen.
 - 18 Contrarium & autem existimauerim ex sequentibus. Primo quia quemadmodum in cæteris bonafidei contractibus iuris equitas consideratur rigore prætermisso vt supra, sic & in matrimonij contractu. l. semper in coniunctionibus ibidem glof. in verbo honestum l. nec adoptius versic. vnde nec vulgo. ff. de rit. nupt. quæ iura superius ad id expendi; vbi & ex alijs docui in hoc contractu bonam fidem exhuberare.
 - 19 Secundo & accedit, quod actio de dote dicitur actio bonafidei §. fuerat instit. de actio. ibidem post glof. Ange. Fab. Plat. Iass. & reliqui, nouissime Surd. decis. 211. nu. 17. Gail. lib. obserua. 2. obserua. 79. num. 8. qui alios: vnde & cum dotis actio ex stipulatu huiusmodi sit, & matrimonij dubitari nequit, quoniã à matrimonij contractu dotalis oritur, nequit enim dos sine matrimonio esse, & si possit sine dote matrimonium, quemadmodum scripserunt omnes in rubr. & in l. 1. ff. soluto. matrimo. ex l. 3. ff. de iur. doti. & dos

- & dos ante matrimonium non dicitur l. fin. C. de dona. ante nup. §. penult. instit. de nup. Tertio si vera ratio superior est quam veram esse credo, propterea Iustinianum eos tantum voluisse bonafidei, quos in d. §. actionum numerauit, quod scilicet frequentiores sint, nullus certe in orbe toto apud omnes vbi que gentes frequentior matrimonio, vt hac attenda ratione & bonafidei esse credatur. Neque ea ratio quam adduxi officit, nam non negauerim veram esse argumentationem scriptorum (quanquam & ipsa ab alijs quibus improbetur) cæterum numeratum fuisse à Iustiniانو contractum matrimonij inter cæteros bonafidei ex d. §. fuerat conijetur in quo, dotis, alijs adscribitur, & vt modo, dos absque matrimonio non detur; Et sufficit si id ex mente legislatoris, & ex consequenti necessario eliciatur, l. ad rem mobilem l. ad legatum ff. de procura. §. idem iuris vbi glof. instit. qui. ex. cau. manu. non lib. cap. quoniam de senten. excom. lib. 6. et si verbis expressis non dicatur; mens & enim legislatoris proprietati etiam verborum preferitur l. non aliter de leg. 3. l. si seruus plurium §. fina. & l. licet imperator deleg. 1. l. cum de lanionis §. Poedius ait de freni instruc. l. inconuentionibus de verbo. signifi. l. in conuentionibus vbi diffuse Iasson. de verbo. oblig.
- 24 Neque & altera officit ratio, quoniam ob id in contractu matrimonij dolum qui dedit causam contractui non irritat illum, quia substantiali consensu non caret, qui in matrimonij vt milles dixi necessarius est, primumque tenet locum l. nuptias cum similibus de reg. iur. cap. cum locum de sponsa. vnde licet error vel deceptio interuenerit, vt certam quis mulierem uxorem ducat, quam vel diuitem, aut formosam esse persuaserint cum non esset, matrimonium infringi nequit: potuit & autem lex quemadmodum & id fecit, matrimonij contractum hoc singulari illustrare priuilegio quo non alios voluit gaudere contractus, vt rectè explicat Didac. in cap. possessor. 2. part. §. 6. num. 6. versic. septimo hinc, ad finem de reg. iur. & licet is nullam reddat rationem nec alius quidam, ea tamen videtur, quod irrita essent & fere omnium olim & hodie matrimonia contrahentium, in quibus vix est quin ab vna partium dolum non intercedat, mendacia deceptiones, & qui vt boni & prudentes comendantur ij ebrii, prodigi sunt & lusores vt modo mulieres reticeam, quæ innumeris infectæ vicij occultissimis vti casta, & prudentes venudentur, cum sint ex quibusque fatuis, quæ oleum secum non sumpserunt. Sed si quispiam in hac noua quaestio-

- ne meliorem adferat sententiam, inuentionem saltem nullus aspernabitur.
- Hinc sequitur & actionem ex hoc contractu decendentem bonafidei fore quæ naturam contractus à quo oritur suscipit. Opinatur & autem multi de iure canonico sublatam esse differentiam supra scriptam: quod eo iure omnes contractus bonafidei: dicantur, iuxta celebrem Bal. traditionem in cap. 1. ex. de plus petito. quem refert & sequitur Iasson. in d. §. actionum num. 4. & in §. quadrupli. eod. titu. Galian. in l. 4. num. 61. de verbo. obliga. quos refert Didac. in d. §. 6. num. 5. in d. cap. possessor. Alua. Valaf. tra. stat. de iure emphiteo. 1. part. quaestio. 5. num. 2. & præter eos late Plot. tra. de in litem iuran. §. 22. num. 4. qui alios in eandem adducit sententiam quam tamen Didac. supra improbat post Iasson. Anton. de Butr. & Gome. ab eodem relatos, quos sequitur idem Alua. Valaf. supra num. 11. Alciat. in d. §. cato. num. 85. Burg. in cap. cum dilecti num. 54. de emptio. & venditio. in quam sententia cõscendo, quod altera nullo iure probetur, quinimo diuisio hæc contractuum canonico tex. probatur, in cap. cum venerabilis ex. de exceptio.
- Sanè & si contractus matrimonij bonafidei est, & distractus idest diuortium vbi Ecclesie auctoritate fieret: generale enim est distractum contractus naturam assumere fuisse Tiraq. qui multis comprobatur in leges cõnubia. glo. 5. num. 9.

SVMMARIVM.

- 1 Contractuum quidam nominati, alij innominati.
- 2 Homo innominatus esset, nisi nomen haberet.
- 3 Distractus nominatus, & innominatus reperitur.
- 4 Delicta nominata, & innominata dicuntur.
- 5 Matrimonium contractus nominatus.
- 6 Matrimonij nomen elegans.
- 7 Pœnitentia innominatis contractibus nõ datur.
- 8 Contractus innominati ante implementum, nullam producant obligationem.
- 9 Contractus nominati etiam non dato implemento, obligationem & actionem producant.
- 10 Nominati contractus eo ipso post consensum, actionem pariunt.
- 11 Distractus matrimonij, idest diuortium, nominatum est.
- 12 Contractus in dubio innominatus iudicandus.
- 13 Contractus nominatus innominato fauorabilior est.
- 14 Contractus nominati propter eorum frequentiam, plurius habiti fuerunt à lege ciuili quam innominati.

- 15 Contractus innominatos ius naturale spreuisse videtur.
- 16 Obligationis vis, attēta naturali equitate, vna & eadem est in contractibus nominatis sicut in innominatis.
- 17 Actio ex matrimonio qualis oriatur.
- 18 Maritus uxorem, & uxor virum repetit, adiecta causa iuris canonici.
- 19 Monasterium, monachum repetit rei vendicatione, adiecta causa iuris canonici.
- 20 Opinio communis improbat.
- 21 Actionis nomen de iure canonico non est necessario exprimendum.
- 22 Cap. non est, de sponsa, declaratur.
- 23 Opinio communis reiecta.
- 24 Petitio concludens & legitima sufficit de iure canonico.
- 25 Rei vendicatio non dicitur actio.
- 26 Rei vendicatio stricti iuris, & arbitraria.
- 27 Opinio auctoris, in actione ex matrimonio descedente.
- 28 Actionum formula de iure canonico sublata.
- 29 Anto. de Butr. & Barba. opinio reprobata.
- 30 Remedia possessoria que: vbi vir a muliere diuertit, aut mulier a viro.
- 31 Remedium possessorium non datur, cum vnus ex coniugibus notorium adulterium comisit.
- 32 Coniugi alterum repetenti, obstat exceptio nō iuris agendi.
- 33 Coniux sciens matrimonium non valere, debitum reddens peccat mortaliter.
- 34 Cap. porro de diuortio, declaratur.
- 35 Cap. porro de diuortio, intellectus iuxta Panor. & alios.
- 36 Panor. & Didac. opinio improbat.
- 37 Maritus expellere potest uxorem propria auctoritate, propter notorium adulterium.
- 38 Capitis porro de diuortio, intellectus secundum Iass.
- 39 Iass. traditio à Didac. improbat.
- 40 Iass. opinio ab auctore improbat.
- 41 Panor. & Imol. opinio a Didac. amplectatur.
- 42 Didaci opinio reprobatur.
- 43 Cap. porro de diuortio, & cap. significati, verus & nouus intellectus.
- 44 Spoliatus nunquam restituitur, vbi possessionē voluntario in alium transiit.
- 45 Remedium canonis reintegranda, non datur ei qui sua culpa possessionem amisit.
- 46 Panor. opinio, existimantis posse maritum ob notoriā fornicationem uxorem suam expellere propria auctoritate, expenditur.
- 47 Maritus potest propria auctoritate uxorem dimittere, quādo adulterium cōfessa fuit in iudicio, vel publice cū adultero cohabitaret.
- 48 Cap. signifiasti de diuortio, intellectus.
- 49 Peccata grauiora sunt, quando diutius durant.
- 50 Pœna augetur, ob consuetudinem delinquendi.

- 51 Restitutio ob scandalum denegatur.
- 52 Restitutio denegatur, propter exceptionē elādestinatis matrimonij.
- 53 Matrimonium contrahentes clandestine, inhabiles redduntur ad sic contrahendum.
- 54 Opinio communis reprobata.
- 55 Distinctio auctoris noua.
- 56 Restitutio non conceditur, vbi timor probabilis peccandi est.
- 57 Maritus uxori adultera, debitum coniugale denegare potest.
- 58 Actio ex sponsu, antiquitus ex sponsalibus dabatur.
- 59 Iudices seculares, an cognoscant in iudicio possessorio inter virum & uxorem.
- 60 Tbesau. decisio Pedemontana reprobata.
- 61 Causa matrimonialis possessoria, mixta habet causam spiritualitatis.
- 62 Iudices seculares iuste inhibentur a Iudicibus Ecclesiasticis, in materia possessoria inter virum & uxorem.
- 63 Matrimonium vnum ex septem Sacramentis Ecclesie & que ratio diuersitatis cur in possessorio matrimonij nequeat Iudices seculares cognoscere, eū possint in beneficiabilibus.

COMPARATIO. XXII.

CONTRACTVS MATRIMONII an nominatus vel innominatus; actionis nomen quale, iucunda, & noua tractatione explicatum.



CONTRACTVVM ꝑ summā & præcipuam diuisionem hāc esse omnes tradiderunt, quod quidam nominati sunt, innominati alij. Nominati dicuntur, quibus vel à iuregentium aut ciuili, nomen proprium & elegans inditum fuit. Innominati qui proprio & spirituali nomine carentes, sub generali conuentionis vocabulo appellantur l. iurisgentium in principi. & §. sequen. vbi Bart. & posteriores ff. de pact. Fortun. inibi nu. 38. & 72. l. i. §. fin. illo eod. tit. Curt. Menes. & alij in l. naturalis ff. præf. ver. Andr. ab Exe. tracta. de pact. n. 478. Galian. Butig. Alcia. & Crot. in rub. ff. de verb. obliga. Aluar. Valaf. tract. de iure emphiteo. i. part. quæst. 6. à num. 1. Menoch. tracta. de præfump. lib. 3. præfump. 34. num. 7. & 8. & eod. lib. 3. præfump. 39. num. 4. sequitur nouissime Surd. decis. 220. num. 16. 17. decis. 120. num. 4. Corasi. & Berenga. Fernan. in l. pacta conuenta ff. de con. emptio. Exemplum ꝑ perhibuit glo. in d. l. iurisgentium & in rub. C. de rer. permutatio. in homine,

mine, qui nisi nomen haberet, innominatus diceretur. Quidquod & distractus, eorū contractuum, quibus nomen proprium datur; nominati etiā dicuntur: si igitur emptionis aut alterius contractus resolutio fiat acceptilatione, vel alio modo, vt interminis tex. in l. age. l. actione l. & siue apud acta l. vbi pactū C. de trāfac. dicitur. distractus ꝑ nominatus, quemadmodum egregie docet Bal. in rubr. ex. de transactio. Iass. in l. cum mota C. de transactio. est enim pro regula traditum eiusdem naturæ distractum, cuius contractus, eandemq. solemnitatem exigere qualem ille idem, vt multis ostendit Tiraquel. in ll. connubia. glo. 5. nu. 8. cum ante & post seq. dixi superiori comparatio. num. 29.

4 Quinimo ꝑ & delicta nominata & innominata, eadem ipsa ratione, qua contractus dicuntur, vbi enim delictum proprium & particulare nomen habet, nominatum dicitur: vt ex rei alienæ contractatione animo lucrandi oritur furtum; ex percussione gladij, vel alterius instrumenti cum hominis occisione, resultat homicidium; & sic de alijs: innominata sunt verberare, alterius ingredi domum, vel fundum vicino inuito, cum his similibus, in quibus magis facti nomen, quam delicti attenditur. Declarat Barto. in l. nunquam plura nu. 4. ff. de priua. delict. Forle. in practi. crimi. verbo capiat informationem num. 8. cuius inueltigationis vtilitatem ibi scribit Bart. traditionem receptam testatur Blan. in prac. crimi. §. visis indicijs per reum num. 111. Iuli. Clarus in practi. crimi. §. 1. versu. habes etiam, eandem sequitur & dicit communem Farina. tom. 1. qq. crimi. tit. de delict. & pœn. quæst. 18. nu. 19. & 20. cui adde Iass. magistraliter declarantem in l. si familia post principi. ff. de iuris. om. iudi. Tiberi. Decia. lib. 5. tract. crimina. cap. 1. num. 4. Ab his sequitur, quod cum matrimonium sit contractus, isq. iurisgentium vt comparatio. 1. scripsi, necesse est, vt is nominatus sit, vel innominatus. Quem hucusq. articulum pertingit nullus.

5 Vnde ꝑ hunc contractum nominatis adscribendum putarim, primo, quia ꝑ huic contractui nomen elegans, & proprium inditū fuit per leges ciuiles, & canonicas, matrimonium scilicet §. nuptiæ instit. de patr. potest. c. 1. 27. quæst. 1. toto. tit. ex de sponsa. & matrim. l. 3. in fin. ibi. vbi igitur matrimonij nomen non est, nec dos est ff. de iur. dot. consequenter nominatus d. l. iurisgentium ff. de pact. Secundo ꝑ contractus nominatus ab innominato distinguitur, quod re etiam integra non habet locum penitentia, consequenter repetitio cessat, l. non idcirco C. de contrahen. emptio. l. de contractu. C. de ref-

cin. vendi. l. sicut C. de actio. & obliga. l. in ciuile C. de rei vendi. in innominato secus l. si pecuniam & toto tit. ff. de condi. ob cau. & C. eod. glo. in d. l. si pecuniam vbi Bart. qui sic declarat, ꝑ vt innominati contractus antequā impleantur nullā producant obligationē ciuilem l. ex placito C. de rerum permuta. merito penitētia locū habet; & licet quis impleuerit adhuc penitere potest, dū alter cessat, nam implendo aliū sibi, non se alteri obligauit, declarat post Bart. omnes in d. l. iurisgentium. Vbi ꝑ vero de contractu agitur nominato, implemento à nulla parte vel vna tantum sequuto, etsi altera minime impleuerit, non resoluitur contractus d. l. inciuile C. de rei vendi. vbi Bal. Salice. Castren. idem Paul. de Castr. in l. 1. C. de actio. emp. Alex. conf. 212. nu. 2. lib. 2. Natta. conf. 219. n. 5. lib. 1. Ruin. conf. 128. n. fin. lib. 5. Alciat. respon. 108. n. 5. cum igitur idem sit in matrimonio, quod vbi perfectum est semel, etsi altera partium nolit adimplere minime resoluitur, quia quos Deus coniunxit homo nō separat, necessario nominatus dicitur.

10 Tertio, ꝑ nominati contractus eo ipso quod in esse producti fuerunt actionē pariūt, id est vbi contractus consensu perfectus est. d. l. iurisgentium, innominati quia imbecilles, & infirmi nullam producant actionem nisi implemento sequuto, vbi is, qui impleuit agere vult. d. l. iurisgentium d. l. ex placito, vnde cū idem sit in matrimonio, cuius perfectio à solo pendet consensu, adhibito ipso, actio in continenti oritur efficax ad alterius coniugis cohabitationem petendam, atq. his rationibus mihi contractus nominatus videtur. Sic

11 ꝑ & distractus matrimonij nominatus dicitur, diuortium scilicet, quia eiusdem naturæ & qualitatis distractus cuius contractus vt supra num. 4.

12 In dubio vero ꝑ innominatus potius contractus iudicandus, quam nominatus, l. 1. & 2. ff. præscrip. ver. l. 1. ff. de æstima. actio. l. si pecuniam in principi. ff. de condi. ob cau. l. naturalis §. at cum do. ff. præf. ver. §. 1. instit. de loca. Barto. in l. 1. nu. 7. ff. de rei permutatio. post glo. in l. eleganter §. 1. in ver. ex stipulatu ff. de dol. vbi Bart. idē & Bal. Fulgo. Iass. Curti. & pleriq. alij quos adducit Tiraquel. tract. de retract. confan. §. 30. glo. 1. num. 36. Bal. ipse in l. liberti nu. 36. C. de ope. liber. Roma. Alciat. Zafi. in l. cum quid ff. de reb. cred. Menoch. lib. præfump. 3. præfump. 39. num. 1. cum seq. cui addendi Andr. ab Exe. tract. de pact. nu. 488. Iass. in l. cum quid n. 6. de reb. credi. illic purpura. n. 62. qui communem Boer. decisio. 144. Pinel. in l. 2. C. de rescin. vendi. qui fusc; & dixit etiam communem Meno. supra qui aduersantes refert, &

obiectis contrariis responderet. de quo atti. Menes. in d. l. naturalis §. & si quidem nu. 3. de pres. ver.

13 Contractum tamen nominatum innominato favorabiliorem fore, Bal. egregie docuit in conf. 261. lib. 1. & in prelud. feudo. col. 4. & alij quos Calteli. in memorabili in ver. contractus an in dubio. Curti. iuni. in l. si pascenda nu. 11. C. de pact. Et si contraria Meno. d. presump. 39. nu. 7. & 8. & antea presump. 34. num. 14. & 15. lib. 3. quia & praeter aliorum rationes irrefragabiliter suadetur tamen communis, quod nominati contractus propter eorum frequentiam plurius habiti fuere a lege, quam innominati, ut ex tribus adductis rationibus quibus matrimonium, nominatum fore contractum ostendi supra constat. Sed tamen ius ipsum naturale eos plurimi fecit d. l. iuris gentium! innominatos vero spreuisse leges naturae & humanae videtur, veluti deperditos, vagos, & inutiles, quorum nec nomen curasse videntur ut nullius estimationis: Et tamen si non ignorem, quoad vim obligandi, attentata naturali equitate, nullam inter contractus nominatos & innominatos differentiam esse, quod probat aduersus Alexan. Fortuni. in d. l. iuris gentium nu. 3. Galian. in rub. de ver. obliga. nu. 180. cum sequen. Atque subinde iure cano. nullam etiam differentiam inter eos constitui Crot. in rub. de verbo. obliga. nu. 21. licet Menes. in d. l. naturalis num. 37. contrarium doceat.

17 His tamen oportune adnectam alteram etiam quaestionem, quae scilicet ex hoc contractu actio oriatur: quem articulum non exacte factis quisquam explicauit. Et tamen quidem hucusque creditum est maritum uxorem, & uxorem maritum petere & rei vindicare, adiecta causa iuris canonici, quod eis respectiue ius agendi concedit, glo. iuncto tex. in verbo vindicans in cap. illud ex. de presump. Panorm. & Praposi. in cap. non est de sponsa. & in d. cap. illud. Sic tamen & in matrimonio spirituali traditum, ut possit monasterium monachum rei vindicare, adiecta causa iuris canonici. glo. celebris in l. 1. §. 1. vbi Barto. ff. de rei vindica. Angel. & ceteri in §. prauidiciales instit. de actio. & alij quos refert & sequitur Dida. in Epito. ad 4. 2. part. cap. 7. n. 3. 4. Matien. in glo. 1. rub. tit. 1. lib. 5. ordinatio. n. 92. Mozziu. tract. de contract. tit. de matrimo. §. quae actio. pro matri. a n. 1. Hec tamen traditio dubia admodum est, imprimis nullo iure probatur, nam tex. in d. ca. illud. non id probat & recte glo. ibi exposuit verbum, vindicans, id est petit, quasi vellit, non de rei vindicatione quae actio est, verbum intelligendum, sed de petitione tantum, in quo

21 censu sepius apud nostros usurpatur. tamen pra-

cipue vero iure id canonico obtinet, cuius se gibus obtentu, necesse non esse actionis nomen in libello exprimere, sed ita factum narrare sufficit, ut sine alia expressione iudex quae petenti actio detur animaduertere possit. c. dilecti ex. de iudi. a quo id omnes canonista ibi docuerunt Panorm. Henrri. Anto. & Butr. Imo. Barba. Feli. Deci. Iass. in l. edita n. 2. C. de eden. vbi Curt. iuni. nu. 3. Deci. Barto. & posteriores in l. 1. C. de eden. Iass. in prin. instit. de actio. n. 24. Gomezi. nu. 26. & dicit communem legistarum, & canonistarum Panorm. in d. ca. dilecti. Et tamen in his terminis probat expressim tex. in d. ca. non est vobis, verbis illis, *Nos itaque attendentes iustum & honestum esse, ut viri suas petant uxores: quae aperte innuunt solum sufficere in matrimonij contractu petitionem, nulla instituta rei vindicatione expressa causa iuris canonici.*

23 Neque tamen obstat ea ratio, qua de spirituali argueretur matrimonio, quonia & ea opinio nullo etiam iure probatur, & sufficit iure canonico monachum repetere nulla rei vindicatione proposita, aut causa adiecta; tamen cum sufficiat petitio concludens, & legitima cap. 1. de his quae vi. me. cau. si. quem tex. nescio qui Dida. pro contraria adferat c. fin. de regula. cum simili. Neque obstat glo. & Bart. traditio in d. l. 1. de rei vindica. quonia & glo. cum Bart. non recte loquitur, existimabant necessaria fore de iure canonico expressione actionis in libello, cum non sit; fateor tamen vna cum Did. supra posse maritum, aut monasterium officium iudicis secularis implorare iuxta glo. in dicto c. non est vobis, quae ibi sequuntur Panorm. & alij. Neque obstat tex. in d. §. 1. l. 1. & glo. exempla, quae illic adducit: nam de iure civili procedunt, quo tunc & actionis & causa expressio necessaria erat, ut docet Bart. in d. l. 1. C. de eden. & in d. l. edita. vbi omnes.

25 Sed tamen si aliqua de iure canonico actio daretur, non hanc existimarem rei vindicationem dari, quae proprie & vere actio non est, cum actio sit ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. in prin. instit. de actio. & qui re vindicat, nihil sibi deberi petit, sed quod suum est restitui postulat; quod autem alicuius est, id amplius eius fieri non potest. l. & an eandem §. actiones ff. de excep. rei iudi. §. sic itaque discretis instit. de actio. §. sed & si rem legatarij, instit. de lega. Rursus si vera nostra opinio est, quam superiore comparatio. docui, contractum matrimonij bonae fidei esse, & consequenter actionem ex eo descendentem; Sanè nequit rei vindicationi dari, tamen quia iurisdictionis iuris est, & ea arbitraria Bart. in l. 1. num. 5. C. de iudi. ex. l. qui restituere ff. de rei vindica. l. & ex diuerso eod. tit. Placent. tracta. de rei vindica. tit. 4. num. 20.

Opinor

27 Opinor tamen itaque, dandam, vbi eam dari oporteret actionem matrimonialem, quem admodum ex ceteris contractibus, in emptione & venditione, ex empto & vendito, ex locatione & conductione, locati & conducti. Docuit in simili Bart. in l. vni. nu. 8. ff. de codic. ex lege Angel. in §. adeo instit. locat. Menes. in d. l. naturalis num. 28. Sed tamen de his vt dixi non admodum curandum, quoniam actionum formulae sublatae fuere de iure canonico, quoniam & actiones ipsae sublatae, ut scripsit Anton. de Butr. & Barba. in d. cap. dilecti Deci. in d. l. edita. tamen quae sententia vera non est, & expressim aduersatur tex. in d. cap. dilecti de iudi. quo probatur tantum, sufficere apte factum proponere, ut ex eo actio colligi possit vbi Panorm. & alij declarant, demptis Barba. & Anto. qui contrarium sed non inde inferri potest, actiones illo iure sublatae argu. tex. in cap. 1. & 2. de noui operis nunciat. l. precipimus C. de appella.

30 Planè tamen remedia possessoria ad hoc etiam prodita sunt, quoties vit ab uxore aut vxor a viro; propria auctoritate diuerterent; est enim iudicium Ecclesiae necessarium c. porro vbi canonista de diuor. glo. insignis in ca. ex quaestione de restit. spoliato, per illum textum cap. litteras. eod. tit. Syluest. in verbo matrimonium 10. nu. 2. & post canonistas Dida. in Epito. de sponsa. 2. part. cap. 7. §. 5. nu. 9. & sequen. Ripa. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 83. Rub. nu. 154. Anto. Math. nu. 37. Alex. nu. 20. 21. ff. de acquir. possessio. Meno. tract. de recupe. posse. reme. l. n. 318. post alios multos ab eo relatos Thesau. decisio. 117. d. nu. 1. Surtus tract. de alimen. tit. 7. quest. 17. num. 20. 21. 22.

Hac autem communis omnium traditio multipliciter solet ab interpretibus declarari: Primo, tamen quoties adulterium ab vno ex coniugibus admissum notorium esset, quoniam eo casu liceret marito uxorem expellere, ita vt ei nequaquam interdictum aliquod recuperandae competere possit. d. cap. significasti de diuor. glo. in cap. fin. de adulte. Cuius traditionis rationem eam esse prodiderunt quod agenti interdicto vnde vi in matrimonio, & tamen potenti se expoliatum restitui, obstat exceptio iuris desistens, si id notorium sit d. ca. litteras; vbi Panorm. rationem reddens rationis, quia inquit, si restitutio concederetur, & carnalis copula sequeretur, tamen peccaret mortaliter, qui sciens matrimonium non valuisse, debitum redderet, sequitur Imo. in cap. ex quaestione de resti. spoli. Prepp. in ca. 2. 3. quest. 1. Dida. supra nu. 9. Syluest. 5. 2. Menoch. qui multos num. 318.

34 Sed huic tamen traditioni & si receptori obstat admodum tex. in d. cap. porro de diuor.

Quo constat vt dixit glo. in cap. ex quaestione de resti. spoliato, coniuges vnum spoliatum restituendum esse ad carnale coniugium, & si opponatur exceptio notoriae consanguinitatis. obiectum hoc variae nostri dissoluit; In tamen primis Panorm. in d. c. porro Imo. in d. cap. ex quaestione Dida. in d. §. 5. nu. 11. asserunt in d. cap. porro non decidi, restitutionem data notoria consanguinitate concedendam fore: sed id tantum prohiberi, vt maritus propria auctoritate a se uxorem expellat, & si notoria sit consanguinitas: Displicet tamen haec solutio, quia & id ipsum d. cap. porro apertissime deciditur, si clarissima illius verba non cauillentur, illis scilicet; *quod si etiam parentela esset publica & notoria, absque iudicio Ecclesiae ab ea separari non potuit: quare ipsum ad eam recipendam, quae restitutionem petit ipsum districte compellas: haec tex. verba.* Rursus tamen potest maritus expellere propria auctoritate uxorem propter notorium adulterium, iuxta glosa. communiter receptam in d. cap. fina. de adulte. Iass. tamen autem aliter conciliat in §. nihil commune nu. 40. & nouiter textum in d. cap. porro intelligendum in exceptione notoria opposita aduersus agentem, quae causam respicit proprietatis, quae minime impedit restitutionem, c. o. tex. quo aduersus uxorem restitutionem petentem, obijciebatur notorium & publicum parentelae impedimentum: secus vbi exceptio aduersus agentem, possessionem respicit, vt in d. cap. significasti eod. tit. in quo de exceptione fornicationis agitur aduersus uxorem, quae thori cohabitationem impedit, si co. coniugij possessionem. ratio differentiae ea esse videtur quod priori casu exceptio requiritur altiore indaginem, in secundo minime. Ari. guta sanè dissolutio, tamen quae tamen a Dida. imo probatur ex eo quod conuenit in spiritualibus & Ecclesiasticis defectum iuris, & proprietatis obesse agenti. interdicto recuperandae possessionis, ex his, quae idem ipse illic docet num. 10. nec addit Dida. Iass. fuit nouae huius sententiae auctoritas ante eum Preposi. in som. 3. q. 1. sic haec intellexerit iura: Menoch. autem non continenda videtur Iass. consiliatio, ea enim, quam adfert ratio multipliciter potest vitari, vel ex his quae idem d. n. 10. ad medium: tamen magis vero ex alio displicet, quod ratio illius cap. porro. generalis est ad vtrumque casum, siue de proprietate respiciet exceptione agatur, siue possessionem, huius quae enim potest propria auctoritate maritus, sine Ecclesiae iudicio uxorem quae dimittet, quae fit toto iure interdictum, posse quae in propria causa, ius sibi dicere l. qui iurisdictioni vt omnes de iuris om. iudi. l. 2. C. ne quis in sua. cauius sibi dic.

H 4 Didac.

41 Didac. & extremo ibidem animaduertit, sibi magis Panor. & Imo. arridere sententiam quoad ipsa mutua obsequia coniugalia, nam non (inquit) absq. iudicio Ecclesie debet maritus vxorem ab eius confortio expellere, ob notoriam licet consanguinitatem, vel notoriam fornicationem, licet possit coniugale debitum denegare, quod si liceret & cum adulterium foret occultum, iuxta Panormit. & aliorum quos refert sententiam. Caterum & hae disolutio omnium deterior esse videtur, nam aperte ad ea iura diuinat, & tex. in d. ca. porro indistincte loquitur, rursus & tex. in cap. significasti aperte docet propter notoriam fornicationem mulierem agentem non restitui.

43 Vnde & ipse vere & noue preter alios omnes existimo, ideo in d. ca. porro ob notoriam etiam consanguinitatem semel celebrato matrimonio non potuisse maritum vxorem expellere propria autoritate, quia nulla vxoris culpa a marito poterat imputari, at in casu cap. significasti, non fuit vxor restituta, quod ea adulterium comississet, & culpa sua cullibet est noscenda, quinimo vxor illic, nedum semel adulterium comisit, sed & adhuc post dimissam a marito, eo pretextu, iterum cum alio coiens sobolem ab eo suscepit, atq. ideo ne ex propria culpa, & delicto commodum consequatur, iniquum ibi visum fuit Roma. Pontifici fore restituendam argu. cap. damnus de reg. iur. tex. insignis in l. siue autem §. si duobus ff. de publica. quo statutum, cum qui suo facto a propria cecidit possessione non experiti contra bonae fidei possessorem ex tex. in cap. super. ex. de renuntiatione. vbi & spoliatus nusquam restituitur, cum is possessionem in aduersarium sponte transtulit vnde & horum iurium autoritate tradiderunt omnes, remedium canonicis reintegranda non concedi ei, qui culpa sua possessionem amisit. Ripa. in cap. saepe num. 27. de rest. spoliat. post Panormi. in cap. accedens in 1. num. 19. ex. vt lit. non contesta. Cassa. decisio. 4. num. 6. tit. de restit. spolia. & relatis multis Olasci. decisio. 47. num. 4. Beniten. decisio. 10. Cephali. conf. 100. num. 26. lib. 1. & qui communem relatis plerisque Menoch. tractat. de recup. possessio. remp. 15. num. 95. 96. atq. hic mihi verus illorum textuum census videtur.

45 Ex his sequitur & vera an sit Panor. sententia in cap. fina. ex. de adulter. existimantis, posse maritum ob notoriam fornicationem vxorem suam expellere propria autoritate quod & censet ibidem glo. & alij a Panorm. relati: Nam Didac. d. §. num. 12. veram sibi non videri sententiam scribit, quia ipsa opinio non iuribus a Panorm. adductis probatur, quemadmodum Anto. de Butr. D. Tho.

mas & Syluest. ab eo, relati affirmant; eam autem veram esse fatetur & quoties vxor in iudicio crimen confessam fuisse, vel publice cum adultero cohabitaret. ex glo. in cap. r. 32. quaest. 3. veritas enim huius controuersie ommissis multis, quae Dida. ibid. Rip. & alij in d. §. nihil commune ad intellectum dictorum capitulum scripserunt, pendet a veritate intellectus & quem ad tex. in d. cap. significasti tradidi, in quo culpa mulieris adulterantis restitutionem impedit, quinimo & hoc intellectui nostro addendum: Inquit Roma. Ponti. quod si post adulterium semel ab vxore commissum se ipsam continuisset, fuisse restituta; Caterum quia in peccato notorie persistit, & sobolem de alieno viro suscepit, noluit tam obdurata in peccato mulieris, in grauissimum mariti dedecus, & illius notoriam iniuriam restitutionem Pontifex concedere: idq. apertissime ostendunt illa tex. verba: *verum mulier (inquit) non continuit, sed sobolem de alieno viro suscepit: nec minus postulat viro restitui.* Quibus verbis & in reiteratione adulterij vim facit Roma. Ponti. quasi minus ei indulgendum videatur, qui appensate iterum deliquit, quam ei qui semel 49 fragilitate ductus humana peccat: & grauiora enim peccata censentur, quanto magis infelices detinent allegatas animas dicit tex. in cap. fina. de consuet. Et ex & reiteratione delicti poena etiam augeri solet & debet l. 3. C. de Epif. audi. l. capitalium §. solent & §. grassatores ff. de poeni. l. 3. vers. plures de re milita. cum simili. congestis ab eruditissimo Farina. 1. tom. qq. crimi. tit. de delict. & poeni. quaest. 24. a num. 1. sufficitq. ad augendam poenam propter consuetudinem delinquenti, binus actus vt fuit in casu d. cap. significasti glo. in cap. tua nos. 25. q. 2. latissime multis coacernatis Mascard. tractat. de proba. tom. 2. conclu. 838. num. 11. quibus alios superaddit idem Farina. supra num. 16.

51 Declara & secundo regulam, quoties ex restitutione scandalum oriri verissimiliter posset, tunc deneganda est restitutio glo. insignis in cap. imprimis 2. q. 1. & altera in ca. ad petitionem ex. de accusatio. Alexan. post canonistas ab eo relatos in d. §. nihil commune num. 22. Ripa. num. 76. rub. num. 150. cum innumeris ad id congestis per Menoch. tracta. de recup. possessio. remedio. 1. nu. 319. cum multis sequent.

52 Declara & tertio in terminis sacri decreti cap. 1. de refor. matrimo. sessio. 24. quoties quis clandestine contraheret, & post contractum matrimonium vir propria autoritate vxorem expelleret eo pretextu, quod matrimonium sit ipso iure nullum: quam questionem perfunditorie tamen tetigi comparatio. 19.

ratio. 19. in vers. Atq. adeo nullum: quae modo exacte quia in dies contingere potest examinanda est: eo igitur casu quia nullus sit effectus matrimonium, potest maritus propria autoritate vxorem dimittere, quia vxor non est: nec foret restituenda; sic post sacrum Concilium docuit Alpho. a Vera Cru. in specu. coniugu. 1. part. arti. 21. ad finem Matien. in glo. 1. rubr. tit. 1. lib. 5. ordin. qui ea ratione mouentur, quod actus sit omnino nullus, & & contrahentes omnino inhabetes ad sic contrahendum, vt nec declaratoria sententia opus sit; iuxta glo. in verbo omnino in cap. fin. de offi. delega. lib. 6. cum alijs congestis a Tiraq. in l. si vnquam, verbo reuertatur num. 66. 67. C. de reuo. donatio. glo. in cap. de illis in 1. communiter recepta de desponsa. impube. Syluest. in verbo sponsalia quaest. 11. Azpilcu. in Manual. Confess. cap. 22. num. 27. in terminis autem eiusdem Sacri Concilij, idem docet Azpil. in conf. 1. titu. de sponsa. num. 2. quem etiam citauit d. comparatio.

54 Hae tamē & opinio suspecta admodum est, nam & quoties matrimonium est omnino nullum ratione consanguinitatis, nequit vir vxorem sine Ecclesie iudicio, propria autoritate dimittere d. c. porro cui alijs ibidem a glo. adductis Panor. & alijs: idē quoties matrimonium vi precepta, aut metu, fuit contractum, quod etiam ipso iure nullum est cap. cum locum cap. veniens in 2. de sponsa. ca. significauit ex de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adul. dicit communem & receptissimam Dida. in Epito. de spon. 2. part. ca. 3. §. 5. num. 1. Truifan. decisio. 35. num. 25. lib. 2. & tamen nequit vir hoc in casu vxorem dimittere propria autoritate sine Ecclesie iudicio Truifan. d. decisio. & num. 25. qui communem.

55 Vnde & ego sic distinguendum putarem, aut post contractum clandestinum matrimonium vir & vxor vt legitimi coniuges cohabitauerunt, aut non; priori casu, restitutionem concedendam vxori putarem ratione possessionis, nec posse absq. Ecclesie iudicio propria autoritate expelli, quia sua non est frustranda possessione ob dictum impedimentum d. cap. porro: Secundo casu secus; & ita intelligere procedere doctrinam Azpil. d. conf. Alpho. a Vera Cru. & Matien. nam & idē Alphon. fatetur, non esse dimittendam hoc in casu propria autoritate ratione futuri scandali, vbi de illo probabilis esset suspitio, sicut & supra ostendi, vers. Declara secundo. Neq; & obstaret si quisquam diceret, non esse concedendam restitutionem, quoties peccati timor probabilis est, quod fieret si vir hanc recuperaret, quia cum non sint coniuges, coeundo peccarent mortaliter, ad ea quae Panor. in

cap. litteras per illum tex. de restit. spoliato Dida. qui alios d. §. 5. num. 9. nam vt idem. Dida. ibidem num. 11. ad finem ex sententia eiusdem Panor. in cap. fina. de Adul. docet, & si nequeat maritus ob notoriam fornicationem aut consanguinitatis impedimentum vxorem propria autoritate dimittere, potest & tamen ei debitum coniugale denegare, etiam ob occultum adulterium: ita fit vt in hac specie possit maritus quandiu lis coram Iudice Ecclesiastico agitur, debitum huic non reddere, si certo sibi conscius agnoscat nullum esse matrimonium. Alios autem casus, in quibus restitutio potest denegari vel concedi, Rip. erudite prosequitur post antiquiores. in d. §. nihil commune nu. 83. Rube. num. 154. Corset. in tracta. spolia. est ante omnia resti. fallen. 26. aliquos Syluest. in verbo matrimonium 10. nu. 2. & seq.

58 Sanē & ab sponsaliorum promissione vetustissimo iure actio ex sponsu oriebatur, quae post antiquata fuit cum lege Iulia, Socij & Latini ciuitate donati sunt, author est Gellius lib. 4. cap. 4. preterijt autem hanc antiquitatem Mozz. tit. de sponsa. §. quae actio detur pro sponsalibus.

59 Quis & autem sit Iudex competens in hoc possessorio videamus, nam existimant aliqui, & Iudices seculares cognoscere posse de huiusmodi possessorijs inter virum & vxorem est enim possessorium iudicium quid facti temporalis, & profani. glo. in cap. litteras de iura. calum. & cum nihil commune habeat proprietas cum possessione l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possessi. nullum resultat inconueniens quod proprietatis iudex in spiritualibus possessorijs sit laica persona, vt scripsit egregie Guido. Pap. decisio. 1. 58. 207. Afflic. decis. 24. num. 9. Olasci. decisio. Pedemon. 116. Thesau. decis. 82. nu. 2. Andr. Gail. obseruatio. 37. num. 5. lib. 1. Menoch. tracta. de recuperan. possessi. reme. 15. num. 235. Dida. in terminis propositae questionis in Epito. de sponsa. 2. par. cap. 8. §. 1. nu. 3. quo in loco affirmat; posse ex communi sententia iudicem laicum cognoscere de questione facti inter virum & vxorem: & ita decisum fuit in hac eadem questione referente Thesauro. decisio. 117. num. 4. nulla Didac. mentione facta.

60 Caterum & hae opinio in terminis questionis propositae defendi non potest, & a decisione Thesauri cauendum esse opinor nam & si veram esse demus sententiam communem, iudicem laicum in possessorijs Ecclesiasticis fore iudicem competentem, quam tamen dubiam esse, & aduersus eandem innumeros tenuisse scripsit Caualea. decisio. 45. num. 75. 1. part. quos inibi refert: adhuc ea opinio

- 61 opinio in hac specie defendi non potest, quia causa matrimonialis, et si possessoria, mixtam habet causam, spiritualitatis, cuius Iudex laicus est omnino incapax, ut tenet & declarat Afflict. in constit. reg. Scicil. lib. 3. rubr. 28. num. 6. 7. 8. & Plot. inter consilia matrimonialia conf. 87. num. 15. & Angel. inter eadem consilia. conf. 44. num. 57. lib. 1. Existentiamque in hoc casu inhibitionem a Iudice Ecclesiastico obtineri posse aduersus secularem, ut etiam opinatur Didac. in d. §. 1. num. 3. ad finem. Ratio autem differentia inter hunc casum & ceteros, in quibus de possessione contenditur ea est, quam tamen nullus attingit, quia matrimonium vnum est ex sacramentis Ecclesiae spirituale, consequenter a laicorum iurisdictione alienum: non sic in possessorijs beneficiorum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum, quae etsi spirituales, non tamen tali & tam magna spiritualitate praeditae, qualis sacramenta Ecclesiae, immediate a Christo seruatore instituta, iuxta definitionem Catholicam S. Concilii Tridentini. cap. 1. 2. & seq. sessio. 24. de Sacramento matrimo. Vnde sacramenta Ecclesiae magis spiritualia sunt quam ceterae res quae ab eisdem Sacramento dependent, vel per Pontifices, aut Sacerdotes consecratae sunt, iuxta celebrem, & insignem theoricam Azpilcuete in rubr. de iudi. n. 25. & in Manua. Confessio. cap. 23. num. 99. vnde cum maior ratio vindicet in causa possessoria Sacramento matrimonij, diuersum etiam ius constitui debet: atque ita tuta conscientia tenendum est, quidquid audeat dixerit Thesau. dicta decisio.
- S V M M A R I V M.
- 1 Formule matrimonij, quae antiquitus, & quae hodie.
 - 2 Substantialia contractus, quae dicantur.
 - 3 Naturalia emptionis, quae.
 - 4 Accidentalibus contractus, qualia sint.
 - 5 Matrimonij substantialia, naturalia, & accidentalibus, quae sint.
 - 6 Matrimonij substantialia consensus.
 - 7 Signa exteriora consensus indicant.
 - 8 Naturalia matrimonij, quae sint.
 - 9 De re naturalibus matrimonij dicitur secunduM Mozzii.
 - 10 Mozzii opinio reprobat.
 - 11 Matrimonium sine dote esse potest.
 - 12 Maritus bona uxoris parapernalibus administrare potest.
 - 13 Uxorem accipiens absque aliqua dotis constitutione, nequit ab uxore dotem petere, & si bona habeat.
 - 14 Iudex cause principalis, iudex est cause incidentis.


- 15 Iudex secularis cognoscit de dote.
- 16 Iudex secularis incidenter cognoscit de causa spiritualibus.
- 17 Beneficia per contractum matrimonij vacant ipso iure.
- 18 Beneficia per contractum sponsaliorum de presenti vacant ipso iure.
- 19 Mozzii exemplum improbat.
- 20 Contraria duo in eodem subiecto esse nequeunt.
- 21 Beneficium per contractum matrimonij, & si inualidi vacat.
- 22 Rescriptum ad beneficia vacatura expirat, contracto matrimonio, & si nullo.
- 23 Beneficium non vacat per matrimonium contractum.
- 24 Vis maior consensus aufert.
- 25 Consensu deficiente in contractu matrimonij quomodocumque, beneficium non vacat.
- 26 Beneficium non vacat per contractum matrimonij, quoties matrimonium valeret tantum ut sponsalia de futuro.
- 27 Poena posita contrahenti matrimonium, non censetur posita contrahenti sponsalia.
- 28 Clericus in sacris constitutus matrimonium contrahens, beneficium venit priuandus, secunduM communem.
- 29 Communis opinio improbat.
- 30 Conditionis melioris non debet esse delinquens, quam is qui non delinquit.
- 31 Beneficium vacat per contractum matrimonij clandestinum.
- 32 Extentio fit in poenalibus ex maioritate rationis.
- 33 Clericus in sacris matrimonium contrahens, in poenam ab ordinibus sacris suspenditur, & ab iurisdictione & beneficiorum amissione.
- 34 Delinquens delinquendo, in poenam legalem consentire videtur.
- 35 Priuandus beneficio ob delictum, potest illud resignare in fauorem alterius, secus ubi est ipso iure priuatus.
- 36 Clericus aetate minor, contrahens matrimonium non perdit beneficium.
- 37 Tonsura clericalis iure antiquo septem annis dabatur, & beneficium obtinere poterat.
- 38 Beneficium iure nouo S. Concilii Tridentini ante 14. annum obtineri non potest.
- 39 Beneficium clerici minoris aetatis, non vacat per contractum matrimonij, nisi aetate perfecta ratificaret.
- 40 Opinio communis improbat.
- 41 Lex de matrimonio loquens, ad sponsalia non extenditur.
- 42 Maritus a muliere conueniri nequit, nisi in id quod facere potest.
- 43 Mozzii exemplum reprehenditur.
- 44 Uxor sequitur domicilium, & forum viri.
- 45 Uxor an sequatur domicilium viri, in his quae viro iure singulari & priuilegiato competunt.

Vxor

- 46 Uxor pasciscens cum viro de habitando in certo loco, non tenetur sequi virum in alio.
- 47 Habitatio in certo loco speciem seruitutis continet.
- 48 Lex Titia §. 2. ff. de conditio. & demon. declaratur.
- 49 Matrimonium continua seruitus.
- 50 Monachi religionem strictiorem ingredi possunt, petita & si non obtenta licentia superioris.
- 51 Uxor non tenetur sequi maritum vagabundum.
- 52 Vagabundum qualiter matrimonium contrahat iure nouo S. C. Tridentini.
- 53 Maritus uxori, & econuerso, reddere ad inuicem debitum tenetur.
- 54 Matrimonij accidentalibus ea sunt, quae adesse & abesse se habere possunt.

COMPARATIO XXIII.

FORMVLA MATRIMONII contractus, quae olim & hodie; Quae etiam in eo sunt substantialia, naturalia, & accidentalibus.

- 1  Ormulas & quas antiquitus veteres in contrahendis matrimonijs obseruabant, coemptione, vsu, & farre, & quibus etiam verbis, recensui in praefatione huius libri nu. 39. 40. Ceterum cum in ceteris contractibus, quaedam sint substantialia, alia naturalia, & altera accidentalibus, non abs re erit inquirere, an haec in matrimonio itidem reperiantur, tradiderunt igitur omnes fere, tria haec in singulis reperiri contractibus: Substantialia & esse dicunt, sine quibus contractus esse nequit, veluti in contractu emptionis & venditionis res, pretium, & vtriusque consensus: res in emptione exquiritur, quae enim in rerum natura non sunt, emi vel vendi nequeunt. nec emptio. l. domum ff. de contrahen. empti. primum secundo, de substantia dicitur §. primum §. item primum inlit. de emptio. & vendi. consensus tertio postulatur, & eo emptionis contractus perficitur in principi. inlit. de obliga. ex consen. & in principi. inlit. de emptio. & vendi.
- 2 Naturalia & emptionis dicuntur, ea quae ex ipso contractu ex equo & bono perueniunt, veluti translatio dominij, ubi venditor dominus est, alias si non sit vfucapiendi conditio. l. exempto ff. de actio. emp. euictio is etiam cautio, quam dominus praestare tenetur. l. 1. ff. de euictio. cap. fina. ex. de empti. & venditio. glo. in l. pacta conuenta de contra. emptio. & Accidentalibus sunt, quae se adesse, & abesse habere possunt citra emptionis na-

tura, qualia sunt pacta adiectionis in diem, & legis comisoriae de quibus singuli extant tituli: haec enim pacta fieri possunt, atque etiam praetermitti: simile est pactum de retrouendendo, & his similia. glo. insignis & magistralis, quae haec docuit omnia in d. l. pacta conuenta ff. de contrahen. emptio. Bart. in l. cu quid ff. de reb. cred. Angel. in l. iuris gentium §. adeo ff. de pact. Deci. in l. fina. C. de bono possessi. secun. tabu. Iass. in l. centesimis §. fi. de verbo. obliga. Alcia. in d. l. cum quid post Deci. nu. 4. Mozz. de contract. tit. de empti. & venditio. a nu. 1. cum sequen. §. §. Berenga. Fernan. in repeti. d. l. pacta conuenta praef. 1. a nu. 45. Curt. iuni. tracta. de feud. 1. par. 6. quaest. principa. nu. 25. Zazi. in singula. intel. lec. cap. 12. Ioan. Corasili. Miscellanea. iun. 3. ca. 10. Petr. Grego. in Syntag. iur. li. 1. tit. de forma, & illius regu. cap. 11. Alexan. Rauden. tract. de Analog. li. 1. ca. 3. Aluar. Valaz. tract. de iur. emphi. 1. par. quaest. 4. nu. 10. Gu tier. tract. de contracti. iurat. cap. 37. nu. 3. ad medium.

Plane cum in omnibus haec contractibus reperiantur, praecipue in emptione & venditione: idem in matrimonij contractu credendum, qui admodum emptioni similis videatur, ut in praefatione dixi huius libri. Et quidem & Mozzii. d. tract. de contract. tit. de matrimonio & Substantialibus matrimonij esse docuit, consensus mutuum, citat magis. sen. D. Thom. Syluest. & Azpil. quibus ubi apertissima sunt iura, eorum auctoritate non egerimus. l. nuptias de regu. iur. cap. cum locum ca. tua nos. cum simi. ex. de spon. Addit idem Mozzii. verba, vel signa huiusmodi consensus experientia iuxta glo. in ca. tua: de sponsa. & in d. ca. cum locum dixi supra comparaz. nu. 66. ea enim inquit, sunt de essentia & forma: Quae sane etsi vera sint non tamen a consensu mutuo segreganda sunt, & quoniam signa sub consensu comprehenduntur, quia consensus inducunt, ubi verba deficiunt ca. sufficit, ca. sic quippe 27. q. 2. ca. tuas de sponsa. duo dixi dicta comparatio. Consensus itaque de substantia fore matrimonij negare nullus potest: & praeter iura antiquiora idem S. C. Tridentini in ca. 1. de reform. matrimo. verbis, mutuo consensu intellecto sessio. 24.

- 3 Naturalia & contractus matrimonij multa numerat Mozzii. §. de naturali. matrimo. n. 1. An ea vere de natura illius sint omnia videamus, nam si non omnia, plura tamen, prius scripta ab eo quam cogitata videntur.
- 4 Primum & adfert exemplum in dote, trahere enim (inquit) secum dotem ex natura matrimonij est, addit idem Mozzii. Et ideo Iudex qui cognoscit de matrimonio, incidenter, cognoscit etiam de dote accessoria, & sequela

- sequela cap. 1. 2. 3. ex. de donat. inter. vir. & vxor.
- 10 Antecedens & Mozzi. falsum est, subinde & consequens nullo enim iure vel auctore probatur, dotē de natura esse matrimonij: nam quemadmodum ex cōmuni resoluti supra, & idē ipse Mozzi. scribit, naturalia cōtractus ea dicuntur, quæ ab ipso cōtractu minime segregantur, ita illi adiuncta, vt & si de his dictum nihil fuerit ex bono & æquo præstari solent. at & matrimonium sine dote stare potest, omnes in rub. & in l. 1. ff. solut. matrimo. ex tex. in l. 2. ff. de iur. doti. l. fin. C. de dona. ant. nupti. l. fina. C. de repudi. & quoties maritus dotem nullā stipulatus est, nec mulierem, & si bona habeat ad dotē ei constituendam cogere potest; vt infra dicitur ad positionem enim alicuius actus, non sequitur positio alterius contractus, qui ab ipso actu potest esse remotus & separatus l. pro hærede §. 1. l. Papinianus §. fina. l. cum bonis ff. de acquir. hæredi. l. quæsitum ff. de sepul. viola. duo autem in hac specie actus diuersi considerantur, separati & distincti, matrimonij, & dos, vnde ex positione vnus, idest matrimonij, non sequitur alter, dotis constitutionis, cum vt dixi, vnum sine alio stare possit.
- 12 Et & potest maritus bona vxoris quoties habet ea, vt paraphernalia administrare l. si ego §. 1. ff. de iur. doti. & hac argumentatione expressim videtur, & si ad aliud institutum Menoch. tracta. de præsumpt. lib. 6. num. 55. & antea num. 23. scribit dotem non venire in necessariam consequentiam matrimonij.
- 13 Rursus & receptiori opinione hodie obtentum est, eum, qui absq; vlla dotis constitutione vxorem duxit, nullam posse dotem ab vxore petere, quoniam nec ipsa censetur ei tacite dicta bona in dotem cōstituisse vt doctē disputans resoluit Jacob. Menoch. tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 6. num. 54. communem asserens, quæ vere magis communis est omiſsis distinctionibus, quæ ex Didac. & alijs tradit illic Mozzi. num. 2.
- 14 In eo & vero, quod Mozzi. ait, iudicem qui cognoscit de matrimonio incidenter, cognoscere etiam de dote vt sequella, crederem corruptam litteram, & vbi incidenter dicit, principaliter scribendum erat, quoniam sæpius iudex causæ principalis est etiam iudex incidentis, & hoc probant iura per eum citata in d. cap. 1. 2. 3. de dona. int. vir. & vxor.
- 15 Et & si iudex etiam secularis, sit quoq; iudex competens dotis, casu quo de matrimonio principaliter disceptatur coram Iudice Ecclesiastico, vt resoluit Vincen. de Fran. decisio. 312. num. 6. & per totam decisio. 2. part. vbi asserit ita sæpius iudicatum. Quinimo & quod fortius est, potest secularis iudex inci-

- denter cognoscere de causa spiritali. Ofas. decisio. 116. num. 10. Thesau. in decisio. 82. num. 4. idem Thesau. decisio. 717. à num. 1. & de veritate supra comparatio. 22. ad finē.
- 17 Tertium & exemplum Mozzi. est, excludere beneficium, quod per contractum matrimonij vaccat ipso iure cap. 1. de cleri. non residen. adiungit id etiam procedere, quoties quis contrahit matrimonium de presenti absq; aliqua carnali copula, quia ipsa non est de essentia matrimonij vt dixi comparatio. tertia num. 10. Et & idem quoties contraxisset spōsalia per verba de presenti nulla copula interueniente; rationē reddit, quia cum talis actus sit omnino contrarius intentioni beneficij (melius dixisset qualitati vel naturæ beneficij, quod beneficium intentionem haberi non possit) etiam dato casu, quo post hæc contracta sponsalia per verba de presenti ante copulam, mulier ingrederetur religionem, quod potest cap. ex publico. cum simili de conuer. coniuga. non posset beneficiarius hic absque noua beneficij collatione illud recuperare argu. cap. transmissa de renuntiatio. iuxta receptam de qua Capra. regu. 97. num. 51. Ioan. de Imol. in Clementi. gratiæ de rescrip. Capell. Tolosa. vbi Aufred. ad eam quæstionem 239. Diaz de Luco. in practi. crimi. Canon. cap. 74. versic. Nec recuperant beneficia.
- 19 Hoc & sanè exemplum nullius momenti est, qui enim fieri potest, contrariam matrimonio qualitatem, quæ illius naturæ aduersatur, secundum naturam dici posse matrimonij, matrimonio coniungendo beneficium aduersatur d. ca. 1. quod autem alteri repugnat diuersæ qualitatis, & naturæ esse censetur, & atq; ideo secundum Philosophum duo in eodem subiecto esse nequeunt; vñ enim alterum excludit, iuxta tex. singularem in l. si inter me & te, ff. de exceptio. rei iudica. l. Pompo. §. si is in fin. ff. de procurato. l. hæc verba ille aut ille ff. de verbo. signifi. Et alibi Iurisconsultus repugnare ait, rem meam in solidum esse, & tuā, similiter. l. sicut certo §. si duobus vehiculum ff. de commodat. Et cognita natura vnus ex cōtrarijs, alterius quoq; cognita censetur l. & si contra ad fin. ff. de vulga. in princi. instit. de his qui sunt sui, vel alien. iur. tandem ipse Mozzi. non citra sui nominis notam alibi scribit, dotem esse de accidentalibus matrimonij §. accidentaliz sub eo. titu. de matrimo. nu. 8. Vnde exemplo relicto, an & traditio exempli vera sit videamus, de qua aliquid dixi cōparatio. 19. num. 147. & nunc me dicturum inibi animaduerti. Et & quidem vere beneficium vaccat, adeo vt & si matrimonium aduersus interdictionem Ecclesiæ non teneret, vel ratione

- consanguinitatis, vel alio modo, adhuc vacaret beneficium, quod ex eo actu contrario pro relicto habuisse censetur. Ioan. Andr. Hostien. & ceteri in d. cap. 1. Capra. d. regul. 97. num. 53. Mozzi. supra num. 4. versic. ampliatur & decisio Rotæ. Roma. nouissima manu scripta quam ad longum retuli d. com. para. 19. cui addenda decisio. Capell. Tolos. vbi Aufred. ad eam in quæst. 239. & alij relati per Dia. de Luco. in practi. crimi. cano. c. 74. versic. Quod insuper procedit. quinimo & scripsit glos. singularis, quam ibi sequuti sunt Fran. Gemi. Mona. & alij in cap. vnico verbo clericis de cleri. coniuga. in 6. non posse clericum, cui rescriptum ad vaccaturum beneficium concessum est, hoc beneficio vti contracto matrimonio & si nullo, quia contrahendo censetur expectatiue renunciasse cap. ex ore de his quæ fi. à præla.
- 23 Ceterum & hæc communis traditio duas aut tres recipit singulares declarationes. Prima quia quoties consensus præstitus matrimonio non fuit liber, sed coactus, & violentus, quoties vi, aut metu in virum cōstantem cadente, clericus coactus fuit matrimonium contrahere, cessat enim ratio superior, quod tacite per liberum consensum videatur beneficio renunciasse argu. tex. in ca. ad audiētiā ex. quod me. cau. Ratio & ea ratio est, quod metus cadens in virum cōstantem, aut vis illata aufert cōsensum ex animo prouenientem, & illum omnino absorbet iuxta glo. in cap. Abbas. ex. de his, quæ vi, met. ve. cau. fi. vbi Panorm. & ceteri. & in ca. cum locum de sponsa. tex. in cap. significauit de eo qui dux. in matrimo. declarat & communem dicit Didac. in Epito. ad 4. 2. part. ca. 3. §. 5. à num. 1. eandem communem Triuif. decis. 63. lib. 1. num. 1. dixi in superioribus & subinde inferunt omnes, quod vbi consensus deficit vt in ebrio contingit. furioso, & mentecapto, si contraheret clericus his affectus, non amitteret beneficium: Idem & quoties ex legis despositione matrimonium non valeret vt matrimonium, sed vt sponsalia de futuro, quod tūc accidit quoties minores per verba contrahunt de presenti, quæ quidem sponsalia fore de futuro ius interpretatur. cap. 1. de despon. impube. li. 6. declarauit cōparatione 20. versic. Duplicem autem; & hanc sententiam tenuit prior Ioan. Andr. in d. ca. 1. de cleri. coniuga. decisio. Rotæ. Roma. 24. Graphi. 2. part. decisio. lib. 1. cap. 12. nu. 69. Tiraquel. de Il. connubia. glos. 2. num. 18. & quam citat Mozzi. supra & asserit communem opinionem, nullam huius sententiæ rationem reddens, quæ ex defectu consensus contingit credit enim ius huiusmodi minores, non integrum habere animi iudicium, &

- cōsequenter vere non consentire, vt declarat doctissimus Diaz. de Luco. d. ca. 74. ad finē.
- 27 Accedat & quod pœna imposta contrahentibus matrimonium, non censetur posita contrahenti sponsalia. glos. in Clemen. 1. in verbo contrahere, de consangu. & affinita. quam dicit relatis innumeris communem Menoch. tracta. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 93. num. 6.
- 28 Declaratur & secundo regula vt procedat, in clerico coniugato, in minoribus ordinibus constituto, qui ipso iure vt dixi beneficium perdit secus in clerico sacris ordinato, qui non priuatus ipso iure, sed priuandus venit: sic censet glo. in cap. 1. de cleri. coniuga. & cū glos. idem sentit dubius tamen Ioan. Andr. ibi Imol. Anto. dicit communem alijs relatis Benedic. cap. regul. 97. num. 62. & alios refert nihil decidens Diaz. d. cap. 74. Stesfa. Aufred. ad Capell. Tolosa. quæst. 239. Mozzi. supra num. 5. mouentur ea ratione, quia clericus in minoribus constitutus contrahendo matrimonium, cum nō possit duos inuicem contrarios actus exercere, vxori deseruire & beneficio, contrahendo, alteri, beneficio scilicet, renuntiare tacite censetur. cap. diuersis fallacijs. ex. de cleri. coniug. at hæc ratio cessat, in clerico in sacris constituto, qui & si cōtrahat matrimonium quia non tenet, potest rectè beneficio postea deseruire. subtilis & certè ratio si vera esset, sed quæ mihi non facit satis. vnde contrariam non iniuria tenuerunt Nico. & Pet. de Peru. in d. cap. 1. & alij relati. à Diaz. de Luco. d. cap. 74. & Aufred. in d. quæst. quibus libenter assentior: primo quia communis opinio nullo iure probatur. nam tex. in d. cap. 1. & si in 2. parte vbi de clerico in sacris loquitur, non eandem pœnā priuationis beneficiorum repetat, quam antea clerico in minoribus constituto iudicauerat, non inde negare Pontificem sequitur, huius clerici beneficia vaccare; quinimo id voluisse multis conuincitur.
- 30 Primo & quia non debet esse melioris conditionis delinquens quam is, qui non delinquit, vt dicit egregie Pontifex. in cap. cum qui de præben. in 6. quo tex. efficaciter hæc probatur opinio, nam attenda illius ratione, & superscripta etiam quam omnes incōculse obseruāt & sequuntur, vaccate ideo beneficium, quod incompatibile sit beneficium habere, & vxorem quemadmodum igitur incompatibile secundum agrediens beneficium, primum amittit, sic clericus in sacris per cōtractum matrimonij incompatibilis cū beneficio, vtrumq; perdere censetur. Sed & ratio rationis assignata per eum tex. in d. cap. cum qui, quod non debet esse melioris conditionis delinquens & stultus, quam non delinquens,

linquens, in hoc ipso militat casu, quis enim ausus huic similis, clericum in sacris constitutum uxorem ducere: ideo par iustumque est, ut maiori quam non delinquens (qualis clericus in minoribus qui matrimonium contrahere potest) puniatur pena d. ca. cum qui. Secundo vaccat beneficium per contractum matrimonij clandestini d. Rotę decisione manuscripta, quod est omnino nullum ex multis illis allegatis per dominos de Rota, & que nos etiam inibi, quia solum factum & causam consideravit ius canonicum, nec non incommoda quę ex his oriuntur, quo casu factum & si nullum, eadem pena quę id quod tenet puniatur, ut resoluti ex multorum sententia eodē loco. Vnde cum in sacris Sacerdos uxorem ducit, audaciter agit, in vilipedium sacri ordinis, & populi scandalum igitur eadem pena amissionis beneficij plectendus est.

Tertio, ratio illa quę doctores mouentur aduersus clericum in minoribus constitutum, quia contrahendo videtur tacite beneficium renuntiare, militat in hac specie, quinimo maior, & a maiori rationis licita est in pœnalibus & odiosis extensio glo. insignis in ca. 1. verbo Italię de tēpori. ordinan. lib. 6. l. si non conuictij C. de fut. l. 2. §. exercitum ff. de his qui not. infa. & passim omnes. Neq. obstat ratio differentię considerata per Ioan. Andr. & ceteros, inter clericum simplicem, & eum qui est in sacris, quod ille ducendo uxorem deseruire Ecclesię aut beneficio nequeat, alter quia non tenet matrimonium, potest, nam si huic pœna condigna infligenda est, & a iure designata, non amplius beneficio deseruire potest. & ratio in promptu, nam huius pœna suspensio est ordinum omnium, pręter aburationem & beneficiorum amissionem cap. 2. ex. qui clericus vel uonen, vbi Panormi. cap. decernimus 28. dist. cuius nunc verba referam. *Decernimus ut hi. qui in ordinem subdiaconatus, & supra uxores duxerint, officio atq. ecclesiastico beneficio careant* tex. in ca. de his ea. distinct. qui eos sic contrahentes ut sacrilegos ab ecclesia voluerunt esse extorres. Diaz d. ca. 74. in princi. & Vnde cum sciret, aut scire hanc pœnam deberet, clericis huiusmodi in sacris constitutis, in dictam contrahendo huic pœnę tacite seipsum subdidisse videtur l. imperatores in verbis tu te huic pœnę subdisti. ff. de iur. fil. l. 1. §. bellias ff. de postulan. §. quia vero leonis in autien. de non alienan. l. fina. de collat. fundo. parimo. l. 1. C. Bart. communiter receptus in l. ex hoc iure ff. de ius. & iur. ibi las. & ceteri omnes, & refert eandem communem Ludo. Gome. in §. actionum instit. de actio. Dida. licet ipse in ca. alma mater de sent. excōm. l. 1. par. §. 10. num. 10. 11.

Vnde cum hac sit plectendus pœna clericus in sacris contrahendo matrimonium, in consequentiam beneficio renuntiasse censetur, cui ob dictas pœnas deseruire, ut inhabilis non possit.

Huius & quæstionis utilitas non minima est, nam qui ipso iure priuatus est, nequit beneficium in alterius fauorem renuntiare, secus vbi venit priuandus, ut docet Diaz. de Ludo. d. cap. 74. vers. effectus enim huius quæstionis.

Tertio & declara in clerico atate maiori in minoribus constituto sponsalia contrahente per verba de futuro, aut cum minore etatis duodecim per verba de presenti, quo in casu iuris interpretatione censentur contracta ut dixi sponsalia, nam per huiusmodi contractum non vacaret beneficium: sicut superius tradidi in minore contrahente sponsalia per verba de presenti: ratio diuersitatis inter vtrumque casum est, & quod iure antiquo annis septem maior, clericali tonsura insigniri poterat, & beneficium simplex etiā habere: ad ea quę Panor. & ceteri in cap. super inordinata de pœben. & hodie sacro Trid. Concil. ca. nullus sessio. 23. *ben. si iun. nullus consequi potest nisi is. 14. annis attigerit.* hoc igitur casu non vacabit beneficium nisi, vbi atate perfecta mulieris adueniente beneficiarius ratificaret sponsalia: sic docent omnes in d. cap. 1. de eleri. coniuga. Graph. 2. p. decisio. ca. 12. nu. 69. li. 1. Tiraq. qui alios de Il. conubia. glo. 2. nu. 18. ad finem, Diaz de Ludo. d. cap. 74. licet is referat illic decisio. Rotę antiquam quam non reperi, contrariū decidentem & Sed vix est ut sustineri possit, quia cum pœnalis sit dispositio d. cap. 1. ad alios casus quam expressos, vbi præcipue diuersa ratio militat, extendi non debet, & legem de matrimonio loquentem, ad sponsalia non protendi, & multorum auctoritate probat Meno. in d. præsump. 93. nu. 6. li. 6. supra relata.

Quartum & Mozzi. exemplū est, ut maritus a muliere conueniri nequeat, nisi in id quod facere potest deducto ne egeat l. maritum cum l. sequen. ff. solut. matrimo. vbi post Bart. ceteri. Hoc etiam & exemplum vel ex eo solo rejicitur, quod tex. ille & ceteri, qui illum interpretantur, intelligunt de muliere vel heredibus qui de dotis exactione aduersus maritum contendunt, qui nisi in id, quod facere potest conueniri nequit, vbi dotem a muliere recepit, at cum sepius nullam maritus dotem capiat, frustratoria in hoc casu de dote actio est ei, qui nullam dotem attulit, cum matrimonium ut supra sine dote esse possit. sic fiet ut exemplum hoc ad naturalia matrimonij non pertineat.

Quin-

Quintum & exemplum ab eo adductum num. 7. est, ut vxor sequi debeat forum & mariti domicilium l. fin. §. idem referipserunt ff. ad municipal. l. cum quedam vbi Curti. Cagno. & alij ff. de iuris. omni. iudi. l. exigere dotem, & inibi etiam idem, Curti. iuni. ff. de iudi. Cassa. ad consuetu. Burgun. tit. de droits. rubr. 4. §. 2. nu. 12. fusē ex alijs Tiraq. ad Il. conubia. glo. 1. nu. 59. Boer. decis. 108. Dueny. regu. 377. vbi quibusdā limitat modis Dida. in Epito. de sponsa. 2. par. ca. 7. nu. 6. qui alios egregie ad declarationem d. l. exigere Caualea. decisio. 42. nu. 46. cum sequen. 1. par. & in singulari & notādo perpetuo casu, an sequatur domicilij viri in his veroque iure singulari & priuilegiato cōpetunt. Vicen. de Fran. decis. 363. a. nu. 2. par. Hoc sanē exemplum probandum est, & verē ad naturalia contractus pertinet matrimonij, id autem ex ipsamet distinctione matrimonij satis percipitur a Iustiniano tradita in principio instit. de nup. indiuiduam inquit, vitę cōsuetudinem retinens. & Declara duobus modis traditionem; primo nisi in contractu matrimonij expressim mulier pacta fuisset de cohabitando in certo loco, tunc enim in alio maritum sequi, cogi non posset nisi ex vrgentissima causa. ca. vnaqua. 13. quæst. 2. Panor. in ca. de illis de sponsa. ca. 1. decis. 135. Tolosa. Capel. decis. 87. Bar. in l. menia §. vxore ff. de annu. lega. & dicit recepram Dida. in Epito. ad 4. 2. par. cap. 7. nu. 5. Cance. li. 3. resolu. cap. 7. nu. 1. contrariam tamen ille ibi defendit hac ratione & motus, quod in certo loco habitare species quedam sit seruitutis. & l. titio §. 2. ff. de conditio. & demon. vbi legatum sub modo, ut Titius in certo quodam loco inhabitet, rejicitur delegato, quia speciem redolet seruitutis. & sentiunt omnes, onus hoc seruitutem preferre, ex traditis per eundem inibi, post glo. & ceteros in l. 3. ff. de vsufu. atq. hac leui argumentatione a communi recedit sententia: cui tamen non male respondetur, tex. in d. §. 2. nihil facere, quod non negat posse in contractibus maxime matrimonij hoc pactum deduci de quo illic non loquitur, sed in legato, differentia ratio ea mihi videtur, & quod cū matrimonium sit continua quedam seruitus, qua in alteram alter vicissim se potestatem tradit, ut docui comparatione prima ex D. Thom. & alijs, huic vinculo, & seruituti aliā superaddere de cohabitando in certo loco facile ius concessit, & vinculum vinculo addere, quo magis magisque indiuidua vitę (quod proprium est matrimonij) cōsuetudo retineatur: quo enim strictius matrimonij sacramentum colitur, eo sanctius censetur, instar matrimonij spiritualis, quo arctior religio, & sanctior est Clemen. exini de paradiso de verbo. signifi. & licet religiosi laxiori relicta, petita & si non obtenta licentia strictiorem ingredi religionem ca. licet quibusdam vbi glo. & ceteri ex. de regul. sic §. ille non obstat, quod etsi in legatis conditio rejiciatur; in pacto tamen matrimonij contracti gratia inito minime: Nec dixit conditionem eo modo vbi ita Titio relicū fuisset, si cum vxore sua in certo loco moraretur de legato rejici, & hic verus §. sensus est. Quare Dida. opinio minime admittenda est, quę & fuerat antea Alex. de Neuo. in ca. 1. n. 9. de cōiu. lepro. eos sequutus fuit Anto. Gom. lib. 2. resolu. cap. 10. nu. 24. Salzed. in addi. ad regu. 800. Bernard. Diaz, & eos nouissime sequitur Azeued. in l. 1. nu. 2. titu. 6. lib. 5. & ex Theolo. Lopez in inst. de matrimonio. ca. 54. ad finem.

Contraria enim receptio est, quā tenere ex antiquis Hostien. in ca. 1. ex. qui matri. accus. poss. vbi Ioan. Andr. Anto. de But. Ancharra. nu. 5. recensuit illic cōmunem Panor. nu. 5. Prepo. nu. 2. idem Alexan. de Neuo. sibi parum constans ibi nu. 5. Hexie. Roma. Iaco. de S. Iorg. Barbat. Pala. rub. Rossell. Angel. Tabien. Sylues. Arnal. Villalob. Anto. Gab. Azpil. Cucu. Pelaez. Petr. Cap. Manuel. Philiar. & alij quos sequitur, & refert Säch. trac. de matrimo. lib. 1. dispu. 40. nu. 2. vers. Tandem probatur, cum enim in rerum nostrarū traditione, quamuis adijcere conuentionem & legē possim⁹ sic in traditione & corporū, quod quisq. ex coniungibus, seipsum in alterius tradit potestatem ad ea, quę nos pulchre scripsimus hoc. li. 1. compara. 13. a. nu. 1. cum seq.

Nisi tamē & noua causa superuenisset, quæ maritū cogeret alio trāsire, ut pestis vel contagiosi morbi lues, inimicitia capitales superuenientes, & his similis casus, ex noua enim causa superueniente pacta, & conuentiones intercidunt l. si conuenerit cum lege sequ. ff. pro Soci. Et si iurata conuentio foret ut ex multis resoluti li. 3. quæstio. 73. nu. 3. Ita fit ut in foro cōscientiæ tuta sit vxor, quæ maritum alio in loco, quam in conuento abeuntem non sequitur, quod cōmuni Theologo. resoluti idem Sanch. supra nu. 6.

Declaratur & secundo in marito vagabundo, cui orbis totus domicilium est, quem mulier sequi non tenetur, nisi ea ante contractū matrimonium cum sciuisset vagabundū, vel quoties marito ex causa vagari oporteret, quibus casibus se sociam exhibere tenetur glo. magistra. in c. si quis 34. quæst. 2. & in ca. vnaqua. 13. quæst. 2. Henrri. Panor. & ceteri omnes in ca. illis de sponsa. Imo. in rubr. ff. solut. matrimo. nu. 7. & multorum auctoritate

COMPARATIO XXIII.

POPULARI ACTIONE AD-
uersus Rempubicam gesta infringuntur,
matrimonium populari etiam ac-
cusatione defertur.



POPVLAREM ꝛ actionem ve-
teres instituerunt, vt per eam
ius populi, & Reipublice tue-
retur l. i. ff. de popu. actio. Hęc
cuilibet de populo datur ad ius
propriū populi defendendum; atque ideo
vnicuique petere licet, quod ad hominū vsum
pertinet, veluti vias publicas, itinera publi-
ca, postulanteque quolibet de populo, iudex
audire & interdicare etiam debet l. i. ff. de
lo. & itine. publi. Rursus ꝛ actionum huius-
modi quedam respiciunt principaliter in-
teresse priuatum licet, in consequentiam pu-
blicam, veluti quę dantur cuiquam pro vio-
lato illius sepulcro, quo in casu, & huic simi-
libus, non cuilibet de populo actio datur,
sed ei, cui principaliter interest, si autem is
agere nollet, quilibet tunc de populo admi-
teretur l. 3. & §. qui de sepulchri ff. de sepul-
viola.

1

2

3

4

5

6

7

Alię ꝛ sunt quę principaliter respiciunt
vindictam & causam publicam, vtilitatem
etiam & damnum, in his cuilibet de populo
agere licet, vel accusare; qui autem prius
agit, & litem contestatur, alium agere volē-
tem excludit, quod si simul cōcurrant ꝛ plu-
res, magis idoneus preferatur, aut iudex eli-
git, & gratificat. l. si plures ff. de popula. ac-
tio. Et ꝛ qui aliquid cōsequitur id suū efficitur
l. si cui ff. de verbo. signifi. sic declarant
post Bart. in l. eum qui §. in popularibus ff.
de iur. iuran. Salice. ibi, Paul. de Castr. Angel.
Alexan. & Iass. Rebuf. in l. cum qui §. quod si
ex populari de verbo. signifi. Panor. in rubr.
de Iudi. num. 35. Felin. ibidem, & nouiores
Parisi. de Put. trac. de Syndica. & an si vicin^o
num. 6. Hieron. de Mon-Brixia. tractat. de
fini. regundo. cap. 36. num. 4. Deci. in l. si quis
id quod num. 16. de iuris. omni. iudi. idem
Hieron. de Mon-Brixia. ca. 37. nu. 18. & 19.
Sed ꝛ hęc actio vltra annum non datur Mē-
do. tracta. de casib. annali. num. 199.
Sanē ꝛ & actionum huiusmodi populariū,
quędam habent causam permanentem, ve-
luti si quispiam appensum aliquid in publi-
co habeat, quod nocere transeuntibus pos-
sit; & hoc casu iuramentum illius qui prior
egit, ceteris agere postea volentibus non
nocet. d. l. eum qui §. in popularibus, quem
tex. sic post glos. ibi intellexere fere omnes:
& hunc asserit communem intellectum illius
§. Iass.

54

tate comprobatur Tiraquel. in ll. connubia. l. 1. num. 39. Bal. Angel. Imol. Roma. Alexan. & posteriores in l. si cum dote §. si maritus ff. solut. matrimo. Corfe. singula. vagabundus Auffed. ad decisio. Tolosa. 86. Didac. in Epito. de sponsa. 2. part. cap. 7. num. 5. in fine Mozzi. supra num. 7. Rebuf. in concor. gall. tit. de collatio. §. 1. verbo decreuerit: elegās ꝛ hodie tex. aduersus vagabundos contra-
here matrimonium volentes in cap. 7. sessio. 24. de reforma. matrimo. S. Conci. Trident.
Aliud, naturalium matrimonij contractus adfert num. 14. vt mulier viro, & conuerso ordine maritus vxori, reddere debitum teneatur. cap. 33. quest. 5. cap. tua nos in 2. de iur. iuran. cum similit. Et Apostol. 1. ad Corin. ti. cap. 7. debitum vir vxori reddat, & vxor viro cetera Mozzi. exempla omitto, quę is adfert, non enim ad naturalia pertinent matrimonij, sed effectus magis illius sunt nunc de accidentalibus loquamur pauca.
Accidentalibus contractus matrimonij ea sunt, quę adesse & abesse, habere se possunt, salua semper matrimonij natura, & substantia vt harra, sponsalicia largitas, dos, & quęuis alia pacta, in quibus maritus coniugem veluti sociam ad lucra omnia admittit, & si quę alię his similes sunt conuentiones, quę ex regionum varietate adijci matrimonij contractibus solent. Nam & sine harra matrimonia contrahi possunt, sine dote, aut spō salicia largitate, & prætermisiss quibuscun- que pactis.

SVMMARIVM.

- 1 Popularis actio cur instituta.
- 2 Populares actiones duplici respectu inuenta.
- 3 Popularis actio, principaliter causam publicam respicit.
- 4 Popularibus in actionibus agentibus pluribus, is preferatur, qui magis idoneus est.
- 5 Populari in actione, qui aliquid consequitur, suum efficitur.
- 6 Popularis actio vltra annum non datur.
- 7 Populares actiones quedam habent causam permanentem quedam non.
- 8 Popularis actio iure canonico probata.
- 9 Populari actione male electus, de iure canonico accusatur.
- 10 Populari actione accusatur matrimonium illegitimum.
- 11 Matrimonij in accusatione, & si vnus subcūbat, alius admittitur secundum Panor.
- 12 Panor. opinio reiecta.
- 13 Populari in actione lata sententia aduersus accusantem ceteris post agere volentibus obstat exceptio.
- 14 Praxis accusationis in deferendis impedimētis matrimonij, remissiuę adfertur.

§. Iass. num. 1. ad finem. Alię sunt quę minime causam habent permanentem, quales ille quę dantur pro violato sepulchro, pro direptis finibus agrorū, & his similibus, in quibus iuramentū vnus agere postea volentibus nocet, dum extra calumniam aut collusionē iuratur d. §. declarat Iass. inibi nu. 1. ad mediū.

8

9

10

11

12

13

Porro ꝛ canonici iuris interpretes hanc amplexi distinctionem docuerunt crimina quedam, illo iure & populari fore, in quibus cuilibet de populo agere & accusare cōceditur. veluti ꝛ quoties contra electum crimen opponitur ad infringendam electionē, hęc enim accusatio, ius tuetur Ecclesie, cui interest electos tales esse oportere, vt quia Dei Ecclesie præsent, nullum eis crimen impingi possit, cap. audacter 8. q. 1. Panormi. in cap. dudum ex. de electio. Alex. in l. sæpe de re iudica. col. 9. Rebuf. in d. §. quod si ex populari versu. item in actione: ꝛ huiusmodi est etiam impedimentum quo quis cum illegitima muliere contrahere prohibetur matrimonium, interest enim Dei Ecclesie ne prohibita coniugia in ea celebrentur cap. 1. & toto tit. de matrim. contra. cont. interdi. & Ecclesi. ita fiet, vt popularis quedam accusatio omnibus datur matrimonium accusare volentibus, vnde Felin. egregie scripsit in rub. ex. de sponsa. num. 12. Mozzi. supra num. 6. quod licet popularis actio vno agente omnino deficiat l. eum qui §. in popularibus ff. de iur. iuran. ꝛ in accusando tamen matrimonio, & si vnus de populo opponens subcūbat, alius admittitur, non obstante rei iudicata exceptione: citant Panormita. & Anton. traditionem in cap. cum inhibito de clandest. de sponsa.
Ceterum ꝛ hęc opinio mihi nusquam placuit: apertissimi enim iuris est, ad matrimonium accusandum potissime consanguineos admitti, qui melius alijs grad^o & parentelam scire præsumuntur cap. videtur ex. qui matrimo. accusar. poss. quinimo dum adfunt consanguinei, extranei non admittuntur cap. 1. & 2. 35. quest. 6. resoluit ex S. Thom. Syluest. in verbo. matrimonium. 9. num. 1. tacentibus enim coniunctis, ceteri malitiose accusare præsumuntur, nisi probatio per eos fieret vt ille ibi.
Secundo ꝛ in accusatione populari aduersus electum de qua supra fui locutus, lata sententia aduersus opponentem obstat alijs exceptio postea agere volentibus, & idem crimen persequentibus cap. cum delicti ibi glos. in verbo iudicatum ex. de electio. cap. cupientes §. ceterum eo. tit. lib. 6. & to. titu. de collu. detegen. Rebuf. in d. §. quod si ex populari versu. itē in actione quasi populari. Tertio Felin. & Mozzi. in eo etiam deci-

piuntur quod existimēt, in populari actione agente vno, ceteris viā præcludi; in hac enim quest. adhibenda distinctio est, quam supra ab omnibus obseruari dixi; quoties crimen priuatam principaliter alicuius vtilitatem respicit, secundario publicam, vt in eo qui de sepulchro suo violato agit, in qua specie agere volente, is omnibus præferri debet, nec alius agere potest nisi vbi hic nolit d. l. 3. & §. qui de sepulchri illo titu. Et in hoc mirum in modum popularis actio conuenit cum priore adducta ratione qua ex Syluest. & D. Thom. docui, consanguineis in accusando priorem dari locum, non etiam extraneis, si per consanguineos probatio fieret. Nec obstat tex. a Felin. adductus in d. l. eum qui §. in popularibus: quoniam secundum communē intellectum intelligēdus est, vbi impedimētum aut factum causam permanentem non habet, at si perpetuam vel duraturam vt hic, secus dixi supra. Praxim autē ꝛ accusationis & deferendū impedimēta coram Iudice Ecclesiastico, post Panor. Præposi. & ceteros canonici iuris interpretes, docet Segu. de Aua. in direct. Iudi. Ecclesias. 2. part. ca. 16. à n. 1. cum seq. maxime num. 26.

SVMMARIVM.

- 1 Procuratorum vsus necessarius.
- 2 Procuratorio mandato, omnes contractus possunt expediri.
- 3 Minor, que per se ipsum facere potest, & per procuratorem.
- 4 Procurator in causis criminalibus admittitur.
- 5 Matrimonij per procuratorē contrahi potest.
- 6 Mandatum speciale requiritur ad contrahendum matrimonium.
- 7 Mandatum speciale requiritur in grauibus & arduis.
- 8 Specificatio requiritur, vbi dolus aut fraus timeri potest.
- 9 Matrimonium contrahi potest per procuratorem quibuscunq. verbis.
- 10 Procuratoris reuocati gesta valent, si reuocatio non fuit notificata.
- 11 Reuocatio procuratoris, intimari debet parti & Iudici.
- 12 Reuocatio procuratoris intimari debet parti & Iudici, etiam si pars, & Iudex aliter quā per viam notificationis reuocationem scierit.
- 13 Reuocatio ne procuratoris in cōtractu matrimonij, necesse non est vt intimetur.
- 14 Gesta per procuratorem reuocatum in cōtractu matrimonij non valent.
- 15 Matrimonij cōtractum inter consanguineos sub conditione, si Papa dispensauerit, potest vnus ex his in hac specie, cum alio matrimonium contrahere, nulla facta notificatione, & que sit ratio.

- 16 Matrimonium cur contrahi possit cum alia, non obstante mandato precedente.
- 17 Fieri vere censetur actus ab eo cuius mandato expeditur, & Baldi ratio subuersa.
- 18 Felini ratio reiecta.
- 19 Vera, & noua ratio assignata.
- 20 Verbum videtur, fictionem importat.
- 21 Statutum loquens de vera persona, trahitur ad fictam, que veram representat.
- 22 Extentio facilius fit de casu ad casum, quam de persona ad personam.
- 23 Questio matrimonialis maxima, inter duos Hispanie Principes maximos suscitata, & quare.
- 24 Consultatio Salmanticensis academie an vera, tandem reprobatur.
- 25 Sacrum Concil. Trident. in c. 1. de refor. matri. an matrimonia per procuratorem contracta irritauerit.
- 26 Fictio, & presumpcio diuersi termini in iure nostro.
- 27 Presumpcio circa rem dubiam versatur.
- 28 Presumpcio dicitur probabilis coniectura veritatis.
- 29 Fictio est in re certa, contra veritatem assumptio.
- 30 Matrimonium per procuratorem contractum presumpcionem dici non potest, sed fictum.
- 31 Matrimonia inter absentes, nisi per procuratorem fieri possunt.
- 32 Sacrum Conc. Trid. matrimonij materia cum per procuratores contrahitur, minime sustulit.
- 33 Correctio iurium vitanda.
- 34 Presentia ubi pro forma requiritur, tunc actus per procuratorem expediti non potest.
- 35 Presentia corporalis ubi requiritur, actus per procuratorem expediti non potest.
- 36 Lex ubi presentiam requirit, potest nihilominus absens iuste impeditus consensum per procuratorem prestare.
- 37 Reges, & Principes maximi, Regna sua deserere inconueniens est.
- 38 Presentie mentio ubi fit in iure, sui natura non requirit presentiam corporalem, cum sufficiat per procuratorem.
- 39 Consensus quando ex legis dispositione specialiter intelligendus est, tunc presentia est de forma naturali contractus.
- 40 Stipulatio inter absentes, per procuratorem contrahi non potest.
- 41 Absolutio ab excommunicatione per procuratorem peti potest, peccatorum vero minime.
- 42 Sacrum Concil. Trident. in matrimonio non requirit presentiam corporalem, sed presentiam tantum.
- 43 Stipulatio pro forma verba requirit.
- 44 Stipulatio ob necessitatem & illius forma, per equi pollens potest adimpleri.
- 45 Forma per equi pollens adimpletur, ubi aliud fieri non potest.

- 46 Stipulatio proprie contractus non est, matrimonium verus contractus.
- 47 Lex in stipulatione, & si verba requirat, fingit tamen sepius stipulationem precessisse.
- 48 Procurator in absolute peccatorum cur non admittatur.
- 49 Probationis species certa quando requiritur a lege, non admittitur probatio per alium modum.
- 50 Matrimonij contractus similis societati, que per procuratorem contrahitur.
- 51 Obseruantia communis vbiq. recepta, post Sacrum Concil. Tridentinum admittit procuratores in matrimonijs contrahendis.
- 52 Mandatum procuratorium, etiam cum iuramento reuocari potest.
- 53 Iuramentum sequitur naturam contractus, cui interponitur.
- 54 Procurator cum iuramento de non reuocando constitutus reuocari potest.
- 55 Matrimonium per epistolam contractum, facilius irritatur quam per procuratorem.
- 56 Mandatum procuratoris ad contrahendum matrimonium, nedum expresse, sed & tacite reuocatur.
- 57 Clemen. 1. de renuntiatio declaratur.
- 58 Reuocatio tacita mandati notificanda est.
- 59 Ratio Dida. sublata.
- 60 Procurator ad contrahendum matrimonium constitutus, substituere non potest.
- 61 Matrimonium per procuratorem contractum, an sit sacramentum ante consensum a constituyente prestitum.
- 62 Caietani & aliorum opinio proponitur.
- 63 Constitutio procuratoris metu facta irrita a Panormitano & alijs dicitur.
- 64 Opinio Panor. & aliorum reprobatur: ab Imol. & alijs.
- 65 Speciale est in matrimonio ut constitutio procuratoris libera sit.

COMPARATIO. XXV.

CONTRACTVS OMNES MANDATO expediti procuratorio, matrimonium itidem, & an iure nouo S. C. Tridentini explicate tractatum.

MLPIANVS ¶ libro ad edic. 11. scribit: *Vsus autem procuratoris (ait) per quam necessarius est, ut qui rebus suis ipsi superesse vel noluit, vel non possunt, saltem per alios possint, vel agere vel conueniri l. 1. in fin. ff. de procurato.* Ita factum ut cum contractus omnes per procuratorem possint celebrari, ex iuris tritissima regula, quod si per nos possumus, & per procuratores d. l. 1. in fine l. licet C. de procurato: ¶ quinimo, & in minore idem receptum est, ut id quod per seipsum potest

potest sine auctoritate tutorum, & curatorum, & per procuratorem possit expedire. glo. insignis in l. 3. in principio ff. rem rat. habe. ibi Bart. Angel. & alij & l. si vnus §. idem ait ff. de iur. c. ex parte ibidem Panor. & ceteri de restit. spoliatorum. Idem in filiofamilias, ut sine patris auctoritate procuratorem constituere in his possit casibus, quibus nulla patris auctoritas requiritur l. filiusfamilias ff. de procurato. cum innumeris ad hoc institutum congestis per Tiraq. de ll. comubia. glo. 5. n. 183. & glo. 6. n. 20. Et generaliter idem in economo, administratore, & alia quavis persona recipiendum est, ut que ipsi possint spreto aliorum consensu, procuratorem in his constituere non prohibeantur Tiraq. d. glo. 5. num. 183.

4 Quinimo, ¶ & in causis criminalibus, in quibus regulariter procurator non admittitur, si tamen interueniat, & nihil aduersus eum obijciatur valet iudicium l. quamuis indubitati C. ad l. Iuliam de adulte. Bal. in l. ita demum C. de procurato. Capol. cautel. 253. nu. 4. Roma. conf. 215. Deci. cof. 469. ad finem Marfil. qui alios in l. si quis ne questio. nu. 88. de questio. Craue. conf. 120. n. 4. Meno. tract. de prafum. l. 2. praf. 46. n. 9. & innumeris relatis Gabri. in comu. tit. de crimi. cau. concl. 9. n. 79. Viui. inter comunes opinio. 649. nu. 6. Et generaliter pro regula docuit Specul. tit. de procurato. §. 1. in fine, omnia posse per procuratorem explicari, que in specie prohibita non fuerunt.

5 Matrimonij ¶ contractus ut ceteri, potest per procuratorem contrahi, iuxta communem sententiam, ¶ dum procurator speciale ad id mandatum habeat, na generale non sufficeret l. mulierem. l. generali mandato & ibi Bal. de rit. nupt. c. fina. vbi glo. de procurato. li. 5. & ibidem Archidj. Mona. Gemin. & Fran. Panor. in c. in causis de electio. idem conf. 114. li. 2. Dida. in Epito. ad 4. 2. par. c. 4. nu. 8. Leoni. respon. 84. Rolan. conf. 26. lib. 2. n. 21. Bero. conf. 25. n. 9. lib. 3. Mozzi. tit. de manda. §. de diuisi. manda. n. 11. refert comunem Suarez in comunibus, in verbo procurator ad matrimonium. Viual. in Cand. Aur. tit. de matrimo. nu. 44. Et post hac scripta Sanch. de matrimo. lib. 2. dispu. 11. num. 3.

6 Præterea nec sufficit speciale mandatum ad contrahendum matrimonium, sed & persona cum qua, ut scribit glo. Ioan. Andr. & alij in d. c. fina. de procurato. lib. 6. Dida. & Mozzi. supra & Viual. Leoni. & Rolan. Expendit ¶ rationem huius traditionis Beron. d. cof. quod in grauibus, & arduis, specialissima requiratur expressio, Clemen. non potest de procurato. c. procurator de electio. in 6. l. non solum in fine ff. de procurato. vbi ¶ enim dolus, fraud, aut malum quidpiam incedere potest, notabilis,

& indiuidua exigitur specificatio, ut dixit notanter Anto. de Butr. in c. nonnulli ex. de rescrip. quem ibi Panor. sequitur Imol. Barba. Felin. & reliqui quos refert Berou. d. conf. n. 7. & n. 15. Paris. cof. 31. n. 113. li. 1. Craue. cof. 297. col. 5. Meno. conf. 400. nu. 3. li. 4. & conf. 331. n. 90. eo li. 4. Sanch. supra num. 4.

9 Neq. ¶ interest ut Dida. animaduertit, quibus verbis procurator matrimonium contrahat, an ipse absens nomine, an verbis in personam sui principalis conceptis, hoc modo contrahat, *trahat, an ipse absens nomine, an verbis in personam sui principalis conceptis, hoc modo contrahat, vel te in uxorem accipit, me illius procuratore ad hoc constituto* Bart. quem ceteri sequuntur in l. qui bona §. alieno ff. de dam. infect. Panor. in c. ex parte in 2. de conuer. coniuga. qui inibi animaduertit, relictus fieri secundo modo, quam primo. Fran. & Gemin. in d. c. fina. de procurato. Dida. supra Syluest. ver. matrimonium §. questio. fina.

10 Plane, ¶ & si in ceteris contractibus, & negotijs gesta per procuratorem reuocata valeant, dum reuocatio non sit notificata procuratori, iuxta receptissimam Specula. traditionem in tit. de exec. §. 4. vers. & si Index. Cin. in l. mandatum. 3. quest. C. mandati. Sali. fufe in l. mandatum n. 18. ff. manda. post Bart. ibidem Benedi. Ca. pra. in suis comu. conclusio. conclu. 59. relatus inter comunes, in verbo reuocatio procuratoris nisi parti, ac iudici intimetur. Nisi ¶ enim iudici, & parti intimetur non valet l. vni. C. de satisda. Barto. illic. l. si procurator 2. ff. de procurato. glo. in c. mandato de pro. ex. l. dispensatori l. eius ff. de solutio. §. re. & instit. de mad. glo. Innocen. & Imol. in d. c. mandato Capra. d. conclu. nu. 3. Quæ ¶ & sententia vera est, & si procurator, & iudex aliter, ¶ per via intimationis, & notificationis reuocationem factam scirent, quonia vbi notificatio, seu intimatio fit ad alium etiam sine, ¶ notificandam, veluti prohibendum, & interdicendum, sola scientia quomodocumq. habita non sufficit l. denuntiasse ff. ad legem Iulii de adulte. iuxta insignem Bart. distinctionem, Capra. supra: siue reuocatio contingat ante litē contestatam, vel post iuxta glo. comuniter receptam in ca. in nostra de procurato. & Capra supra qui videndus.

13 Tamē ¶ in matrimonio contrahendo per principalem post mandatum alicui factum ad contrahendum cum aliqua, non requiritur notificatio reuocationis, Ideoq. ¶ non valerit gesta per procuratorem in vim mandati contrahente, si dominus post cum altera, mutato consilio contrahit. tex. quem dicunt omnes singularem in ca. fina. de procurato. lib. 6. vbi Monach. Archi. Fran. Gemin. Felin. in rubr. de sponsa. nu. 6. qui & multos illic de hac re dubitare dicit. est tex. similis de iure ciuili in l. si penituit

ff. de diuorti. asserit ex multis communē idē
 Capra. d. conclu. 59. nu. 21. Viual. in Cand.
 Aur. tit. de matrimo. nu. 44. Sanch. supra nu.
 6. nec de ipsa dubitari in matrimonio affir-
 mat Dida. ex alijs supra nu. 10. in fin. qui nul-
 lam reddit rationem, ea autē hęc est ex om-
 nium sententia, quod in his, quę requirunt
 perseverantiam consensus, nec sine iussu prę-
 sentis domini perfici possunt, nihil refert an
 notificatio ipsa intimetur nec ne, nam vtroq.
 casu gesta per procuratorem non valent, siue
 sciverit procurator, aut ignorauerit glos. in
 Clemen. vni. de renuntiati. argumēto l. quod
 nostrum de reg. iur. d. c. fina. de procurato. li.
 6. d. l. si pœnituit ff. de diuor. vbi Bal. qui ait
 ponderandam esse veram presentiam cōsen-
 sus domini, quę cum certo loco circūscrip-
 ta sit, vbiq. esse non potest, quemadmodum
 mens, & animus, refert Capra. d. regul. n. 20.
 vnde ¶ notanter scripsit Domi. conf. 30. quę
 sequuti fuere Ludo. de Gozadi. conf. 77. Di-
 da. d. c. 4. nu. 10. Matrimoniu contractum in-
 ter consanguineos sub cōditiōe si Papa dis-
 pensauerit, nullum a fore, nec valere ratione
 consensus antea prestiti, si post cum alia ille
 contraxerit, etiam non certiorato eo, cui cō-
 sensum pręstiterat, quia certioratio non re-
 quirebatur ex natura huiusmodi contractus.
 Altera assignari ratio solet, quoniam matri-
 monium de lege diuina, & naturali requirit
 consensus liberum, procurator autē est ve-
 luti organum domini, nec fundat verba sua
 tanquam ex se, sed in personam constituētis,
 cuius consensus necessarius est, eo autem
 deficiente cessat matrimonium ita Archidi.
 Mona. Domini. Fran. & alij in d. c. fina. glos.
 in Clemen. vni. de renuntiatio. vbi Cardi.
 Imol. & Ancharra. Felin. in cap. si diligenti
 num. 22. de foro competen.

15 Sed adhuc ¶ exquirenda est ratio, quare
 post mandatum ad contrahendum datum,
 possit constituens contrahere cum alia ma-
 trimonium, nulla mandati notificatione fa-
 cta procuratori: nam ea quam Bald. tradit
 non satis arridet, primum enim petit princi-
 pium, id enim quærimus cur consensus ex-
 tremus domini pręferatur altero per eundē
 nomine sui procuratoris pręstato, Nam ¶ ve-
 re, & proprie id ab eo fieri censetur, cuius
 mandato factum est l. certē §. i. ff. de præca.
 l. fina. ff. si mentor falsum modum dixerit.
 cap. mulieres §. fina. de senten. excommuni-
 ca. Cum is (inquit) Pontifex comittat vere
 cuius mandato delictū comittitur. Nec ¶ etiā
 Felini ratio facit, qui in rubr. de sponsa. n. 6.
 post alios, speciale esse credit in contractu
 matrimonij illius favore: quia præterquam
 quod refugium est miserorum, specialitatē
 (vt ita loquar) in rebus constituit, nisi ea

apertissima sit, vt nostri passim affirmant: ta-
 men nec speciale est in contractu matrimo-
 nij cum idem sit in eo, qui mandatū conce-
 sit ad renuntiādū beneficium, qui potest post
 renuntiare, nulla etiā facta procuratori noti-
 ficatione, & valet hęc renūtiatio, iuxta com-
 munem sententiā de qua inferius dicemus.

19 Vera ¶ igitur ratio hęc mihi videtur, quod
 matrimoniū consensu vero, & proprio con-
 trahentis perficiatur, vt milles dixi in hoc
 tractatu. l. nuptias de regu. iur. c. cū locum cū
 similibus de sponsa. at quoties cōcurrunt cō-
 sensus procuratori datus, & consensus pro-
 prius, quo quis contrahit matrimoniū, pro-
 prius hic domini cōstituentis, vt verus præ-
 ualere debet alteri procuratoris ficto, præua-
 let enim fictioni veritas l. filio quem pater
 ff. de libe. & posthu. ibi glo. & alij, consensus
 enim qui per procuratorem pręstatur fictus
 est. Din. in ca. qui per aliū per illū tex. in ver-
 bo videtur de regu. iur. Videtur ¶ enim ver-
 bū fictionem designat l. 3. §. ex contrario vbi
 Bart. & posteriores ff. de acquir. possessio. l.
 1. §. decessisse ff. de vi. & vi. armat. l. itē si ob-
 tetrix in principio ff. ad l. Aquili. l. si pater
 §. gessisse ff. de adminif. tuto. & docet Barr. in
 l. si is qui pro emptore in 5. quæst. principa.
 ibidē Ias. Rip. Crot. & nouissimi ff. de vsu.
 pro empto. Nec obstat si quisquā diceret,
 cōsensum hunc, qui per procuratorē pręsta-
 tur, & si fictū subrogari veri loco. cū procu-
 rator verē cōtrahens matrimonium, reprę-
 sentet personā cōstituentis d. c. qui per aliū.

20 Et ¶ sicut dispositio statuti loquens de vera
 persona trahitur ad fictā, quę verā personam
 repręsentat l. postulante ff. ad S. C. Trebel-
 lia. vbi Bart. l. 2. ff. de lega. præstan. & in ter-
 minis matrimonij l. libertum §. Senatus ff. de
 rit. nupt. ita etiā dispositio facta de verō cō-
 tractu, ad fictū procuratoris in hoc casu pro-
 tēdi deberet, cū loco veri subrogetur: Eo ¶
 magis quod facilius fit extēsiō de casu ad ca-
 sum, quā de persona ad personā, quę diffici-
 lius l. commodissime ff. de libe. & posthu. l. si
 quis ita §. si quis cū ignoraret ff. de testam. tu-
 tel. l. gallus. §. 1. & tota l. vbi Barto. & ceteri
 omnes ff. de libe. & posthu. cū multis coācet
 uatis a Tiraq. in l. si vnquā verbo libertis nu.
 23. C. de reuo. donat. Capha. cōf. 394. n. 17.
 & qui alios plerosq. eruditissim⁹ Peregr. trac.
 de fideico. art. 29. n. 32. 33. & idē alios art. 1.
 n. 27. 28. Huic tñ obiectioni fit satis ex his,
 quę supra animaduerti: in cōcursu consensus
 procuratoris, & domini simul, præualere cō-
 sensum domini vt principalis, & quia verē cō-
 sensus, & pprie dicatur hoc in casu, cōtrariū
 vero tunc vindicat, quoties procuratoris mā-
 datum: non reuocatur cōtrario consensu vbi
 verus exigitur, aut quoties act⁹ reuocationis
 procu-

procuratoris non fuit notificatus, quibus sa-
 nē casibus verē per procuratorem actus fieri
 dicitur, & licet fictus, veri loco subrogetur,
 quę cum vtilia sint, & noua diligenter sunt
 ad notanda.

23 Ex ¶ his inferri potest resolutio quæstionis
 grauissimæ, quę pæcis ab hinc annis inter
 duos maximos totius Hispanię Duces susci-
 tata fuit: cum Dux Albę filiam Ducis Alcha-
 læ per procuratorem duxit, & antequam pro-
 curator mandatum adimpleret, cum signis
 tunc factis pœnitus, & tacite mandatum re-
 uocauit, hoc enim sufficit vt superius scripsi,
 filiam interim Ducis del Infantado in vxorē
 duxit, orta grauissima lite inter Ducem
 Albę, & filiam Ducis Alcalæ contententis
 matrimonium per procuratorem cum ea cō-
 tractum validum fuisse, consequenter alte-
 rum cum filia Ducis del Infantado nullum;
 tandem decisum fuit, secundum hoc vali-
 dum, primum minime, quia mandatum fue-
 rat tacite re integra reuocatum, quod placet
 admodum: in hac grauissima consulerunt
 controuertia primarij Salmanticensis acadē-
 mię interpretes, & alij plures secū viri eru-
 ditissimi vt in eorum vidi consultatione.

24 Hoc ¶ solum dubitauerim an vera sint
 ea, quę in primo illius responsi articulo cita-
 ti interpretes, veluti certa & indubia con-
 tituunt scilicet ¶ hodie nouo iure S. Triden.
 Concil. cap. 1. de reforma. matrimo. sublata
 fuisse matrimonia per procuratorem, cui
 nunquam accedam sententię donec a sacro-
 sancta sede Apostolica, vel sacra Illustrissi-
 morum congregatione Cardinalium, qui-
 bus Cōcilij interpretatio comissa fuit, aliud
 iudicetur; quamquam videam Ledesum
 in sum. titu. de sacram. matrimo. diffi. 18. &
 Alphon. de Vera-Cru. in specu. coniu. 1. par.
 artic. 16. dubio. 7. id aperte sentire, quos in
 suam opinionem citarunt consulentes præ-
 fati: Ad ¶ huius igitur difficultatis veram de-
 clarationem veluti anteludium quoddā præ-
 sciendum est, aliud in iure præsumptionem,
 aliud fictionem esse; & nihil fere commune
 duos hosce iuris terminos habere, sed dif-
 fere admodum: ¶ præsumptio circa rem
 dubiam versatur, quę esse, & abesse potest
 Salomoni. in l. gallus §. quidam rectē num.
 32. de libe. & posthu.

25 Et ¶ dicitur probabilis coniectura ex ali-
 quo pronueniens signo, quę alio in contra-
 rium non adducto, pro veritate habetur; ¶
 Fictio secus; est enim in re certa eius, quod
 est possibile contra veritatem, pro veritate
 a iure facta assumptio sic Bart. quem sequuti
 sunt omnes ceteri in l. si is qui pro emp-
 tore nu. 21. de vsucap. & alios multos; mul-
 tas etiā inter fictionē, & præsumptionem

recensens differentias Menoch. scribit, lib.
 præsump. 1. quęst. 8. a num. 1. cum seq.

30 Sequitur ¶ nunc, matrimonium per pro-
 curatorem contractum non præsumptum iure
 dici posse, sed fictum, quoniam super eo
 quod non est, esse tamen potest, lex dispo-
 nit: id est statuit matrimonium a constituen-
 te contractum fuisse, quod non est, esse ta-
 men potest, quia possibile, constituentem
 contrahere cum ea, cum qua procurator cō-
 trahit si pręsens foret. Atque ¶ matrimo-
 nia hęc vt rata, & firma necessitate exi-
 gente sacrosancta mater Ecclesia amplexa
 est: necessitate inquam exigente, nam se-
 pius inter absentes, infirmos, potentiores,
 Principes, & Reges non aliter possint cele-
 brari; vt rectē dixerit I. C. in d. l. i. ff. de pro-
 curato. procuratorum vsu necessarium esse,
 vt qui rebus suis adesse nolunt, aut ne-
 queunt, per alienos tamen possint. Vnde ¶
 inferitur vt prædicti consulentes inferūt, sa-
 crum Cōcilium infringere matrimonia om-
 nia, quę nisi coram parrocho, & duobus,
 aut tribus testibus celebrantur, ergo & ma-
 trimonium, quod per procuratorem, non re-
 cta consequentia est; vt mox dicam.

31 Neque ¶ enim verisimile est, voluisse
 Concilium vno verbo totam hanc matrimo-
 nij per procuratorem contracti materiam
 abolere l. si quando C. de ino. testam. cap. si
 Papa. de priuil. sed & si voluisset hoc, dixi-
 set. l. vni. §. si autem ad deficientis vbi glo.
 de cadu. tollen. cap. inter corporalia de tras-
 latio. Episco. Tiraquel. fusc in l. si vnquam
 verbo libertis a nu. 3. C. de reuo. donatio.
 Crauet. conf. 161. num. 8. Capha. conf. 144.
 num. 6. Caua. decisio. 5. num. 44. 3. pat. alios
 sciens prætereo. Rursus cum nec expressim
 id fuerit eo in texta prohibitum, cur stare
 prohibebitur l. præcipimus C. de appel-
 latio.

32 Accedat quod iurium correctio in quan-
 tum fieri potest fugienda est l. vni. C. de ino.
 do. cap. cum expediat cum similibus de ele-
 ctio. Et vt reuertar vnde fui digressus, non
 rectē sequitur, Concilium irritat matrimo-
 nia omnia quę nisi coram parrocho, & duo-
 bus vel tribus testibus contrahuntur, ergo &
 quę per procuratorem; quoniam & matri-
 monium quod per procuratorem contrahi-
 tur cum legitimo & speciali mandato, co-
 ram parrocho cōtrahi per principalem dicitur,
 licet absens fuerit constituens; quādo ius
 canonicum absentem sic contrahere posse
 statuit, ac si pręsens foret.

33 Non obstant obiecta a peritijs consu-
 lentibus in contrarium: Primo ¶ aiunt, quod
 vbi pręsentia pro forma requiritur in ali-
 quo actu, tunc actus per procuratorē expē-
 diri

35 diri non potest l. obligari §. tutor statim ubi Barto. ff. de autho. tuto. §. tutor autem inf. titu. eod. tit. cum alijs ibi per eos citatis; quoniam vera proculdubio traditio est, ubi lex expressim presentiam corporalem voluit pro forma, nullibi autem video Sacrum Concilium presentiam corporalem contrahentium pro forma exigere, sed cum de presentia verba facit, de parcho intelligit, non de contrahentibus huc illa verba pertinent, qui aliter quam presente parcho, &c. Quod si dixeris supponere Concilium presentiam contrahentium, quoniam eos interrogare Sacerdos, & mutuam ipsorum consensum intelligere debet, quod fieri nequit ubi absentes fuerint, facile respondetur; presuppositum Concilij non exigere corporalem presentiam contrahentium quia expressa non fuit, & de iure canonico sufficit ad contrahendum matrimonium presentia procuratoris legitimi, ut eo quis matrimonium contrahere possit rite, quoniam ut inferius dicam presens principalis censetur.

36 Secundo respondetur quod ubi lex presentiam requirit alicuius in aliquo actu, potest nihilominus absens impeditus consensum per procuratorem prestare: Angel. in l. Pomponius in principio ff. de procurato. Aretin. Deci. & alij quos refert Tirac. de ll. connubia. glo. 6. num. 34. & praeter eos idem censuerunt Alexan. in l. 1. num. 8. ad fin. de libe. & posthu. Rip. in l. 1. num. 38. de verbo. obliga. Parisi. conf. 33. num. 29. & 31. lib. 2. egregie Brun. tracta. de for. & solem. rub. de imple. & obseruan. for. colla. 17. 3. fallen. At qui ut plurimum matrimonia quae per principes & summos Reges contrahuntur, mandato procuratorio fiunt, quia legitimo detinentur impedimento, ne sua deserant regna, & ditiones, quod nisi cum maximo periculo fieri potest, tum quod eis, & similibus personis, non sit tutus in alia regna accessus. Ita fiet, ut & si contrahentium presentia a Concilio (quae tamen non exigitur) requiretur, possit matrimonium per procuratorem expediri.

38 Tertio respondetur, quod ubi fit mentio presentiae in materia, quae sui natura non requirit presentiam corporalem, sufficit si ipsa per procuratorem praestetur cap. penulti. ex. de iura. calum. quem tex. ad id ponderant Panormit. in cap. cum parati ex. de appella. quem & alios refert Tiracuel. d. glof. 6. num. 35. at in contrahendo matrimonio sua ipsius natura non requiritur presentia contrahentium corporalis d. cap. fina. consequenter, & hodie per procuratorem matrimonium contrahi potest, iuxta formam Concilij.

39 Non t. obstat secundum fundamentum d. aiunt, quod quando consensus ex legis dispositione specialiter intelligendus est, tunc presentia est de forma naturali contractus Bal. in l. 1. col. 7. C. de fide instru. & iur. has. fisca. lib. 10. quem aiunt referre & sequi Iass. in l. 1. nu. 8. de verbo. obliga. ex doctri. Bart.

40 t. ibidem dicentis, quod ideo stipulatio inter absentes per procuratorem contrahi non potest, quia contrahentes debent se exaudire, & inuicem intelligere id autem naturaliter fieri nisi inter presentes potest.

41 Addunt t. consulentes praedicti simile de eo qui absolutionem ab excommunicatione petit, quod facere potest, peccatorum vero minime, quia petentis voluntas expressa percipi & intelligi debet.

42 Huic t. argumento multipliciter respondetur primo deficiente in presupposito argumentationem, quia Concilium non exigat presentiam corporalem contrahentium matrimonium ut supra dixi, quamquam presupponat presentiam ipsorum, inter quae longa est differentia, nam ubi de presentia corporali loquutus fuisset, tunc consulentium posset defendi opinio, at non presupponit corporalem, sed presentiam tantum, quae non excluditur per alium contrahens cum mandato legitimo d. cap. fina. fingit enim ius contractum per procuratorem matrimonium per constituentem presentialiter contractum fuisse, cum ille sui personam representet: Et si sic.

Secundo respondetur Iasson. per eos citatum non tam effuso sermone loqui ut consulentes aiunt, non enim similem ex Bal. Iasson. elicit traditionem num. 8. ut apud eum licet videre.

43 Tertio & si id affirmaret, loquitur in terminis eiusdem legis primae quemadmodum & Barto. per eosdem consulentes allegatus; in stipulatione scilicet in qua pro forma ius civile verba voluit; interrogationem scilicet, & responsum d. l. 1. ubi omnes, & sic verba ex parte utriusque ut post ceteros Ripa. num. 35. 36. matrimonium vero non requirit pro forma verba expressa, ex parte utriusque secundum veram, & communem theologorum, & canonistarum opinionem, de qua fufe dixi hoc libro comparatio. 3. ad fin. Et sic longe diuersa stipulationis, & matrimonij ratio est: t. quinimo quod magis praefatorum consulentium infringit opinionem, & in stipulatione, quae pro forma verba ex parte utriusque requirit, propter necessitatem talis forma per equipollens potest adimpleri d. l. 1. ubi mutus, qui verba facere nequit, potest per seruum stipulari, ex quo tex. Ripa. num. 38.

45 num. 38. elicit ut supra dixi quod forma propter necessitatem potest adimpleri per equipollens: quemadmodum igitur illic, & si pro forma stipulationis interrogatio, & responsio utriusque requirantur, potest tamen per equipollens propter necessitatem adimpleri. sic & si (quod tamen non est) presentiam voluisset Concilium corporalem, utriusque matrimonium contrahentis, propter necessitatem, liceret cum mandato illud contrahere: Necessitas autem in Regibus, summis principibus, infirmis & alijs notoria est.

46 Quarto respondetur quod argumentum ab stipulatione non etiam recte sumitur ad matrimonium, quoniam stipulatio proprie non est contractus, ut ex communi resoluit Ripa. post antiquiores in rubr. de verbo. obliga. num. 50. matrimonium contractus vere; dixi late comparatio. 1. hoc libro differentiaratio est, quia contractus omnes regulariter procuratore expediri possunt, nisi reperiatur expressim prohibitum l. 1. cum sequent. ff. de procurato. dixi supra in principio huius comparationis potissime matrimonium d. cap. fina.

47 His t. addendum quod & in stipulatione, & si verba requirantur, tamen, lex fingit stipulationem, ubi nulla interposita fuit, in multis casibus: quos refert post alios Rip. in d. l. 1. n. 23. & 24. unde quemadmodum ibi, & si pro forma verba requirantur ex parte utriusque, lex tamen quandoque fingit interuenisse, ubi nulla fuerunt prolata, sic & ius canonicum matrimonium fingit contractum, per principalem, & si fuerit per procuratorem tantum celebratum.

48 Neq. t. obstat simile adductum per consulentes, de absolutione a peccatis, quae per procuratorem non fit, quia illic procurator constitui nequit, cum pro modo culpe penitentia sit iniungenda, quam is, qui peccauit non alius, vel intelligere ex confessionis secreto, vel etiam pati potest, cum poena suos habeant authores l. sancimus C. de poenis. Praeterea, in eo exemplo non agitur de contractu aliquo celebrando, ut modo dixi, matrimonium contractus est: simile est in confessione Sacramentali quae per procuratorem fieri nequit, quia verba ex parte poenitentis requiruntur. cap. quem poenitet de poenitentia distinctione 1. declarat Rip. in d. l. 1. num. 36. unde quemadmodum confessio per procuratorem expediri nequit, neq. etiam absolutio, cum correlativa sint, & dispositum in vno, & alio itidem dispositum censetur l. 1. de cup. li. 1. C. in principi. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. praeterea multa animaduerti per confessoris poenitenti possunt, & suo casu debeant, quae procuratori non possunt.

49 Neq. t. obstat tertium, quod in tuitionem suae opinionis consulentes adferunt scilicet, quod cum a lege certum genus probationis postulatur, non admittitur probatio per alium probationis modum l. 1. ubi Bal. C. de mand. princi. Afflic. decisio. 253. cum alijs ab his relatis; quoniam praeterquam quod traditio haec declarari multipliciter posset, sufficit tamen respondere, incaute consulentes superioris traditionem questionem propositam accomodare, quoniam non mutatur in casu nostro probationis modus, sed contrahendi ordinarius tantum, quia cum ut plurimum a presentibus contrahatur matrimonium, nunc ab absentibus per procuratorem: Ceterum probatio vna, & eadem est, sic enim coram parcho, & duobus, aut tribus testibus contrahere procurator tenetur, sicut ipsius principalis si presens foret; t. matrimonium praeterea conuenit cum ceteris contractibus in multis, praecipue cum societatis contractu cap. cum societas 27. q. 2. dixi comparatio. 5. atqui societas per absentes contrahitur, & cum legitimo mandato sine dubitatione aliqua l. 4. ff. pro socio. glo. in d. cap. cum societas. Extremo displicet quod aiunt in versu. Neq. durum videri, &c. quod cum Concilium sultulerit matrimonia omnia presumpta, & iura de his loquentia, veluti ea. is qui fide de sponsa. ca. vni. §. 2. de desponsa. impube. in 6. cap. de illis ca. per tuas de condi. apposi. ca. proposuit de coniu. seruo. ca. ad id, quod de sponsa. & fufe ego ipse hanc defendi aduersus Bun. & Triui. opinionem hoc li. comparatio. 10. a num. 1. in consequentiam censetur sustulisse matrimonium, quod per procuratorem contrahitur: quoniam ut in anteladio dixi matrimonium hoc, non est presumptum, sed fictum, quia super eo, quod non est, scilicet presentem non esse contrahentem, fingit ius canonicum vere, & presentialiter contrahi: Et t. animaduertendum, quod obseruancia, & consuetudo, optima legum interpret, sic declarauit, valere scilicet huiusmodi matrimonia & indissolubilia fore, a qua recedendum non est, & in dies Reges, & Summos Pontifices in hunc modum matrimonium contrahere videamus: & posse hodie iure. C. Triden. contrahi matrimonia per procuratorem expressim innuit Azpil. cof. 16. n. 1. tit. de spon. par. 2. & cof. 2. tit. de cog. spiritu. n. 1. 2. & 9. par. 2. & eam nouissime recte defendit & si alijs rationibus Sanch. de matri. lib. 2. dispu. 1. num. 19. 20. 21.

52 Communem t. traditionem de qua supra dupliciter nostri protendunt: Primo nedum ubi mandati constitutio facta fuisset simpliciter nullo interposito iuramento, sed etiam ubi fuisset positum in mandato, iuxta glof. celebrem in d. cap. fin. quam ibidem sequuntur.

Mona. Archidia. Fran. & Gemini. Soci. conf. 58. lib. 3. dixit glosam anream Felin. in cap. si diligenti de fo. compe. col. 6. Panor. in cap. cum accessissent Felin. nu. 12. Deci. num. 7. de constitu. & alios in id refert, & sequitur communem dicens Dida. d. cap. 4. num. 10. Roch. de Cur. tracta. de in. Patro. verbo honorificum, quest. 12.

53 Rationem & esse omnes docuerunt, quia iuramentum sequitur naturam contractus, cui interponitur l. fina. C. de non nume. pecu. l. fina. ff. de libe. cau. l. fina. C. qui satisf. cogan. cap. quemadmodum ex. de iur. iur. Vnde & creditum ab omnibus, procura-

54 torem cum iuramento de non reuocando constitutum, posse non obstante iuramento reuocari, & si reuocans sit periurus d. glos. in d. cap. fina. verbo reuocatus, quam tota iuris schola sequitur, & probat, vt me pudeat tot tantosq. referre quos coaceruat Anton. Gabri. in commu. lib. 2. tit. de iure. iuran. concl. 1. nu. 9. & sequenti. & de testamento antea, idem, quod de mandato docet ibidem, nu. 8. addendi autem sunt & alij post Gabriel. Dida. ab eo no relatus in cap. quamuis pactum 2. par. §. 2. num. 3. qui alios adfert de pact. in 6. Mencha. tracta. de successio. creatio. lib. 3. §. 28. num. 8. Crauet. in conf. 191. num. 6. vbi glos. textus in d. cap. fina. meminit. Seraphi. tracta. de viri. iu. priu. 75. num. 7. Clar. in §. testamentum quest. 94. num. 3. Et ratio ea est, quod iuramentum sumit naturam contractus, vel actus, cui interponitur, vt dixi, ceterum de natura primordiali id intelligendum est, non accidentaliter, vt declarat Didac. in cap. quamuis pactum 1. part. §. 4. a num. 1. de pact. in 6. Crauet. egregie conf. 101. nu. 7. Osaf. decis. 49. num. 4. & decis. 41. num. 5. & quibusdam relatis exemplis declarat Gutier. tracta. de contract. iura. cap. 37. a num. 1.

55 Et & multo quidem maiori ratione hac procedit opinio, quoties quis per epistolam contrahere matrimonium cum aliqua voluisset, vt & in hac specie retrocedere possit, iuxta glos. in cap. nec illud 30. q. 5. Felin. in cap. ex parte Decani. num. 10. de rescrip. & alij quos memorat Dida. d. cap. 4. num. 11. in fin. vers. quarto circa.

56 Extende & secundo superiorem regulam, nedum vbi expresse reuocatur mandatum, sed & si tacite, veluti quoties post datu primum mandatum de contrahendo matrimonium, is idem secundum ad contrahendum cum alia concederet ca. si duo. de procu. lib. 6. vel cum alia matrimonium interim contraheret ignorante procuratore Panorm. in cap. in causis de electio. in 6. Dida. Capra. & alij supra Vinal. in Candela. Aur. tit. de matrimo. num. 44. vers. secundo nota. Sanch.

qui alios d. disp. 11. num. 10. sic Panor. existimat fieri, vt electio a canonicis facta, qui alij eligendi concesserint facultatem, preferenda sit, electioni postea facte ab eo, cui facultas concessa erat, & si ignorante; & infertq.

57 quod licet dispositio Clemen. 1. de renuntiatione. qua statutum, reuocationem mandati ad renunciandum beneficio Ecclesiastico nihil prodesse nisi ea mandatario fuerit intimata; tamen si is, qui mandatum dederat, priusquam mandataris eo utatur renunciauerit, & si mandataris ignorante, prima sit renuntiatione, secundae preferenda, nam cum ex prima vacet iam beneficium, ex secunda mandataris iterum vacare non potest. Roma. conf. 342. Felin. in d. cap. ex parte Decani. num. 16. & alij quidam quos refert Dida. d. cap. 4. num. 11. ad medium, & preter eum, hanc asserit communem, & receptam Capra. d. regu. num. 32. qui alios, Dida. vero a com-

58 muni recedit, & quia & tacita reuocatio mandati, qua fit constituendo alios procuratores, est itidem notificanda procuratori primo, cui datum fuit mandatum iuxta glos. in d. Clemen. in verbo quomodolibet, consequenter, secunda prauallere debet priori, qua etiam opinionem tenuisse asserit Barba. Prob. & Selu. qua & tamen ratio non adeo efficax est, vt ob eam a communi dimouear, nam glos. cuius autoritate Dida. & relati nunc mouentur, non loquitur in terminis questionis propositae, sed iuxta facti speciem relata a Romano Pontifice in d. Clemen. 1. videlicet an procurator ad cedendum beneficio constitutus, si poenitentia ductus renuntiare nolens, principalis mandatum reuocauerit minime illi notificatum, an teneat renuntiatione; & valere decidit Pontifex: at Panorm. & communis in diuerso loquuntur casu; quoties post dictum mandatum ad renuntiandum, ipse quoq. dominus, & constituens renuntiat, nam cum vacet semel ex hac causa beneficium, bis vacare ex renuntiatione etiam procuratoris non potest, & hec est elegans Panorm. & Romani animaduertio.

60 Extremo & animaduertendum est, procuratorem cum speciali mandato ad contrahendum matrimonium constitutum, non posse substituere, nisi ad id etiam speciale mandatum haberet, vt sentit Mozzi. nihil allegans tit. de manda. §. venio ad 4. num. 11. ad medium. ratio vero est, quia in grauibus, & arduis censetur electa industria persona; in qua specie substitutioni locus non est, declarat Menoch. tracta. de praesump. lib. 2. praesump. 38. a num. 1.

61 Ab his que & supra (ne quidquam intactu relinquam) questio illa inter theologos agitata finiri potest, an matrimonium per procurato-

curatorem contractum sit Sacramentum, & conferat gratiam ante prestitum consensum a constituyente: scio in hac controuersia crebriorem fore sententiam Sacramentum esse: quia cum liceat per procuratorem matrimonium contrahere d. cap. fina. sequitur illius consensum principalis nomine prestitum sufficere: & ita sentiunt Dida. in 4. 2. part. ca. 1. §. vnico num. 5. Matien. qui alios lib. 5. ordinatio. glo. 1. rubr. tit. 1. num. 133. Angles in theolo. flori. questio. de essentia matrimonio. fol. 317. & alij ex Hispanicis theologis quos refert Vinal. supra tit. de matrimo. nu. 43. qui communem.

62 Contrariam & vero sententiam tenuit subtilissimus Caieta. Vico. & alij quidam, quos post Didac. memorat Vinal. supra, ex duabus rationibus. Prima quoniam consensus, qui per procuratorem praestatur in persona principalis vere fictus est, ex his, que superius tradidi, atqui in matrimonio contrahendo verus omnino exigitur, hic vero talis esse non potest quousque principalis actum ipsum procuratoris probet, vt inde verissimile sit, solum tunc conferri gratiam non cum procurator contraxit.

Secundo quia & si matrimonium per procuratorem contrahi possit, adhuc ex eo contractu, quia dissolui potest, quia cum alia contrahere permittitur, principalis exitus expectandus est d. cap. fina. vnde gratia ante collata non censetur, sed questionem hanc theologis relinquamus quam fuse post hac scripta agitat Sanch. tracta. de Matr. li. 2. disp. 11. num. 26. cum sequen.

63 Neq. & omittendum, credere multos constitutionem procuratoris, nedum in contractu matrimonij, sed & in alijs quibusvis actibus adeo liberam esse oportere, vt metu facta irrita sit, simul & actus ab ea celebratus. cap. accedens de procura. in verbis (procuratorem libere ordinare valeat) vbi Panor. censuit num. 18. post Hostien. in ca. 2. de his, que vi, metu, ve cau. & Ioan. Andre. ibidem Roman. singulare putat. singul. 153. Ruin. conf. 121. num. 20. lib. 4. & nouam adfert huius traditionis rationem Sarmien. tracta. de redde. Eccles. par. 1. cap. 4. num. 8. flam. sequitur Panor. & alios tract. de resig. bene. li. 9. quest. 7. num. 42.

64 Verum & ex aduerso minime admittendam fore superiorem sententiam scripserunt Imol. in cap. 2. num. 5. ex. de his que vi. me. ve. cau. Dida. in 4. decreta. 2. part. cap. 3. §. 5. num. 9. Padill. in l. interpositas num. 7. C. de trans. & hos sequutus est post superiora scripta Sanch. tract. de matri. lib. 4. disput. 12. nu. 22. non enim ait Didac. superior sententia illo cap. accedens probatur, vt ille recte &

alij nunc relati docent, qui videndi.

65 Verius igitur & speciale fore in contractu matrimonij, vt constitutio procuratoris ad illud contrahendum, libera esse debeat ob summam matrimonij libertatem; Cu enim prior ille consensus, eo quod ad procuratoris constitutionem respiciat, qui matrimonium, nomine constituentis celebrare debeat, sit contractus, sicut nullum est propter metum ratione matrimonij, sic & respectu constitutionis procuratoris sicut probe ab Hostien. Ioan. And. Imol. & alijs docet Dida. supra Padill. & Sanch.

SVMMARIVM.

- 1 Stipulationu quaedam pure alie conditionales.
- 2 Stipulationes pure, & conditionales, que sint.
- 3 Stipulatio conditionalis tripliciter fit.
- 4 Conditionum species multae.
- 5 Matrimonium sub conditione honesta celebrari potest.
- 6 Opinio speculatoris reprobata.
- 7 Opinio Didaci, affirmantis matrimonium nullam admittere conditionem, adducitur.
- 8 Matrimonium dicitur actus legitimus, qui non recipit conditionem.
- 9 Conditione emancipationis pendente, filius non liberatur a patria potestate.
- 10 Dida. & aliorum opinio reprobata.
- 11 Matrimonium non dicitur actus legitimus.
- 12 Matrimonium de iure digestorum, Sacramentum non erat.
- 13 Matrimonium iure digestorum, purus erat contractus, in quo licebat conditiones quascumque apponere, que substantia contractus non repugnarent.
- 14 Matrimonium diuortio soluebatur iure digestorum, quando vnus ex coniugibus conditioni non parebat.
- 15 Matrimonium diuortio non soluebatur iure Codicis, nisi in certis casibus.
- 16 Matrimonium quatenus Sacramentum, etiam conditionem honestam admittit.
- 17 Matrimonium deficiente conditione non resoluitur, sicut ceteri contractus, licet vnus ex coniugibus alterum cogere possit, vt conditionem obseruet.
- 18 Legis, actus legitimi de regu. iur. sensus destitutus.
- 19 Legis, actus legitimi sensus communis.
- 20 Patria potestas, nec filiatio, in suspensio stare possunt.
- 21 Alciati declaratio insignis l. actus legitimi de reg. iur.
- 22 Fictio naturam imitatur.
- 23 Legis, actus legitimi de reg. iur. census communis a Cagno improbatu.
- 24 Emancipatio sub conditione fieri potest.

- 25 Ius successione à filiatione qualiter difert.
- 26 Filius spurius legitimatus, cum conditione ne succedere possit, vere legitimus dicitur.
- 27 Ius succedendi in paterna hereditate, potius naturalis dicitur quam civile.
- 28 Socini Cur. & Deci. traditio declaratur.
- 29 Legis, actus legitimi, sensus communis, denuo improbat.
- 30 Fieri quod potest pure, & sub conditione.
- 31 Stipulatio iuris civilis inuentum.
- 32 L. actus legitimi verus, & nonus sensus, & cur emancipatio dicatur actus legitimus.
- 33 Acceptilatio actus legitimus, & non recipit conditionem.
- 34 Acceptilatio, cur non recipiat conditionem, nullus fore intellexit asserente Cagno.
- 35 Acceptilatio, cur non recipiat conditionem, iuxta Alciati opinionem.
- 36 Acceptilatio iuris fictione, solutionis loco est.
- 37 Alciati declaratio improbata.
- 38 Acceptilatio nisi per stipulationem, fieri non potest.
- 39 Solutio sub conditione fieri potest.
- 40 Alciati consideratio subvertitur.
- 41 Acceptilatio, cur conditionem, non recipiat ex aliquorum sententia.
- 42 Acceptilatio, cur conditionem non recipiat, opinio auctoris noua.
- 43 Acceptilatio verbis de presenti concipitur.
- 44 Solutio non numeratur inter actus legitimos, & cur.
- 45 Debitum conditionale acceptum ferri potest.
- 46 Aditio hereditatis cur nominetur inter actus legitimos ex Barto. & communi traditione.
- 47 Aditio hereditatis in mera voluntate consistit.
- 48 Barto. traditio, & communis a Cagno. improbata.
- 49 Barto. traditio ab Alciato rejicitur.
- 50 Volunt in libera voluntate consistit, & conditionem recipit.
- 51 Barto. traditio denuo ab auctore improbata.
- 52 Voluntas libera nullis circumscribitur finibus.
- 53 Aditio hereditatis, cur conditionem non recipiat ex Alciato.
- 54 Alciati traditio confutatur.
- 55 Representatio magis fit ex actu vero, quam ficto.
- 56 Aditio hereditatis, cur conditionem non recipiat, nouis rationibus ostenditur.
- 57 Hereditas ius quoddam vniuersale.
- 58 Heredes ut hereditatem adeant, in quibusdam casibus cogi possunt.
- 59 Heredes extranei quando cogantur hereditatem adire.
- 60 Serui optio quare dicatur actus legitimus.
- 61 Optionis legatum conditionale, in purum resoluitur.
- 62 Cagno. in admirationem maximam ducitur, cur optio serui sit actus legitimus, & non

- recipiat conditionem.
- 63 Accurtij opinio ab Alciato improbat.
- 64 Optio serui, cur sit actus legitimus ex multorum opinione.
- 65 Opinio communis ab Alciato reprehenditur.
- 66 Littera legum, non facile expungenda, aut mutanda.
- 67 Barto. opinio, cur legatum optionis serui, sit actus legitimus.
- 68 Barto. opinio ab Alciato reprobatur.
- 69 Alciati opinio.
- 70 Alciati opinio reprobatur.
- 71 Contractus ab executione nomen accipiunt.
- 72 Seruitutes ab executione nomen accipiunt.
- 73 Electionis materia in beneficiis spiritalibus est.
- 74 Opinio auctoris qualis.
- 75 Legatum donatio dicitur.
- 76 Donator dicitur, & conditionem apponere potest.
- 77 Tutoris datio actus legitimus dicitur, que conditionem non recipit.
- 78 Tutoris datio conditionem tacitam recipit.
- 79 Tutoris datio, que fit per Iudicem, conditionem recipit.
- 80 Tutoris datio, cur conditionem non recipiat, ex traditione Barto. & communi.
- 81 Barto. traditio, & communis ab Alciato improbat.
- 82 Bal. opinio adducta.
- 83 Alciati opinio.
- 84 Actus hominum ex eorum voluntate affectum habent.
- 85 Alciati opinio subuersa.
- 86 Lex potest eadem, & maiora, que testator.
- 87 Tutor ad diem, & sub conditione dari potest.
- 88 Opinio auctoris noua.
- 89 Tex. in §. ad certum instit. qui testa. tut. dat. possideat.
- 90 Condicio in datione tutoris certe rei adiecta, non valet.
- 91 Condicio apposta in matrimonio facili, & contingens, matrimonium suspendit.
- 92 Matrimonium cum alia contractum, pendente conditione valet.
- 93 Matrimonium cum alia contractum sub conditione, valet non obstante conditione in priori matrimonio apposta, dum hæc posterior prius purificetur.
- 94 Matrimonium secundo loco contractum, & sub conditione, sicut primum, adstante dubio, que conditio prius fuerit purificata, neutrum valet matrimonium.
- 95 Contractus conditionales ab implemento robur accipiunt.
- 96 Matrimonium contractum ante conditionis euentum valet, censetur enim reuocatus consensus.
- 97 Contrahentes regulariter, excepto matrimonio, tenentur conditionis euentum expectare.

Matrimo-

- 98 Matrimonium secundo contractum pendente conditione primi, non valet, si principaliter contractum fuit lucri causa.
- 99 Coniuges se se ad lucrum inuitare prohibetur.
- 100 Matrimonia venalia esse non debent.
- 101 Textus in cap. de illis de conditio. opposi. declaratur.
- 102 Textus in l. si ita stipulatus §. si tibi nupsero ff. de verb. oblig. declaratur.
- 103 Condicio turpis aduersus matrimonij substantiam, matrimonium irritat.
- 104 Matrimonium contrahens cum aliqua, donec aliam ditior em inueniat, matrimonium annullat.
- 105 Matrimonium contrahens cum aliqua sub conditione si se adulterandam præbeat, matrimonium irritat.
- 106 Actus sine substantia subsistere non potest.
- 107 Opinio communis improbat.
- 108 Subiecta ubi nobiliora, tanto magis turpia, que de illis prædicantur.
- 109 Delicta leuia, in insignioribus personis grauissima sunt.
- 110 Conditiones turpes fauore matrimonij rejiciuntur.
- 111 Ratio noua adducta, cur conditiones turpes irritent matrimonium.
- 112 Actum impugnans non videtur in eo consentire.
- 113 Conditiones licite, & honeste, que tamen bonis matrimonij aduersantur, matrimonium irritant.
- 114 Condicio adiecta in matrimonio aduersus bonum prolis tenet iuxta Paludani sententiam.
- 115 Dida. opinio qualis.
- 116 Consensus in matrimonio præstitus, virginitati contrarius non est.
- 117 Matrimonio semel contracto multa in eo incidunt, que illud non vitiant, que tamen ab initio illud irritarent.
- 118 Matrimonium inter paganos contractum sub conditione, ut liceat quando libet repudium mittere, nullum est iuxta D. Thom.
- 119 D. Thomæ opinio noua ratione comprobata.
- 120 Matrimonium contrahens sub conditione, ut liceat quandocumque repudium mittere, sibi ipse aduersatur.
- 121 Condicio in matrimonio expressa, nocet plerumque matrimonio, tacita minime.
- 122 Taciti, & expressi maxima differentia, quando agitur de annullatione actus.
- 123 Iuramentum calumnie tacite remitti potest.
- 124 Matruam donans pecuniam, citra labem usurariam, mente concipere potest donum aliud sibi offerri, ratione dicte quantitatis.
- 125 Simonia admittitur dando, vel accipiendo principaliter propter beneficium Ecclesiasticum.
- 126 Tex. in cap. fina. de conditio. opposi. declaratur.
- 127 Modus aduersus substantiam matrimonij, irritat matrimonium.
- 128 Condicio turpis aduersus bona matrimonij, licet nihil aliud faciat quam actum suspendere, irritat matrimonium.
- 129 Matrimonium sub conditione, vel modo contractum, que aduersantur bonis matrimonij, etiam sequuta carnali copula, nullum est.
- 130 Copula sequens ex S. Con. Tridenti. nihil operatur.
- 131 Conditiones turpes in matrimonio apposte, in euentum ipsarum rejiciuntur.
- 132 Opinio communis confutatur.
- 133 Adriani ratio subuertitur.
- 134 Condicio apposta in matrimonio, que nisi in ultimo vite spiritu adimpleri potest, matrimonium irritat.
- 135 Cautela insignis pro his, qui vi aut metu aliquam ducunt in uxorem.
- 136 Cautela Panor. non passim utendum in matrimonijs.
- 137 Condicio de præterito, vel presenti, & si turpis, in matrimonio apposta, illud non irritat.
- 138 Cautela pro mulieribus, quando viri turpibus conditionibus de præterito, vel presenti contrahunt.
- 139 Copula bodierno iure S. Con. Tridentini. nullum producit effectum nisi solemnitate obseruata.
- 140 Condicio turpis, que bonis matrimonij non aduersatur, matrimonium non irritat.
- 141 Condicio honesta adiecta matrimonio, in ipsius defectum matrimonium irritat.
- 142 Conditiones turpes regulariter matrimonium non infringunt, & quare.
- 143 Matrimonij fauore, conditiones turpes rejiciuntur.
- 144 Vltimarum voluntatum fauore, turpes conditiones excluduntur.
- 145 Vltimarum voluntatum fauore, conditiones impossibiles rejiciuntur.
- 146 Dida. opinio sublata.
- 147 Ratio communis sublata.
- 148 Tex. in cap. fina. in 2. part. de conditio. apposte declaratur.
- 149 Consensus ubi deficit adiectis turpibus conditionibus, matrimonium resoluit in foro interiori.
- 150 Consensus ubi deficit, & de eo constat, resoluit matrimonium in foro exteriori.
- 151 Defectus consensus coniecturis elicitur.
- 152 Opinio communis improbat.
- 153 Tex. in cap. fina. de conditio. apposte declaratur.
- 154 Matrimonium contrahens sub conditione turpi, quam credebat honestam, matrimonium resoluit.
- 155 Iudices cautos esse oportet, in exquirendo, an

isqui

- is, qui turpem conditionem apposuit, quam credebat honestam, vere id dixit.
- 156 *Obditio impossibilis, natura ipsa matrimonium non resoluit.*
 - 157 *Obditio impossibilis ex accide[n]ti matrimonium resoluit.*
 - 158 *Obditio impossibilis de praterito, vel presenti, que nec contingit, nec contingere potuit, non irritat matrimonium.*
 - 159 *Matrimonium contractum sub conditione natura possibili, iure tamen impossibili, matrimonium irritat.*
 - 160 *Matrimonium contractum, sub conditione, que iuri aduersatur, impossibilis dicitur.*
 - 161 *Tex. in l. conditiones §. cum quis de verbo oblig. exp. dicitur.*
 - 162 *Matrimonium sub conditione contractum de iure impossibili, dum conditio ius futurum respiciat, matrimonium suspendit.*
 - 163 *Matrimonium contrahentes sub conditione, si liceat intra quartum gradum contrahere, excommunicati sunt, & in penas iuris incidunt.*
 - 164 *Obditio possibilis matrimonium suspendit.*
 - 165 *Obditio necessaria matrimonium non suspendit.*
 - 166 *Obditio necessaria iuris necessitate, non suspendit, quia tacite subintelligitur.*

COMPARATIO XXVI.

CONTRACTVS PVRE, IN DIEM, & sub conditione celebrantur; Matrimonium conditionale qualiter contrahatur: An sit actus legitimus: & quid iure nouo, S.C. Trid.

Stipulationu[m] quedam pure sunt, alie in diem, alie quide[m] sub conditione §. omnis instit. de verbo. obliga. ibide[m] Areti. Porti. & alij l. obligationum fere ff. de actio. & obligatio.

2 Purus & contractus, vel stipulatio dicitur vbi conditio, vel dies deficit, oritur enim illic obligatio vtraq. & actio, & ideo peti statim potest l. cum qui calendis §. fina. de verbo. obliga. l. si dies ff. quan. dies lega. ce. l. liber homo §. decem de verbo. obliga. l. cedere die de verbo. signif. l. in omnibus obligationib[us] de regu. iur. docuit Barto. in d. l. cum qui calendis §. fina. Bal. Pau. de Cast. Alexan. Iaff. Zazi. Deci. & Cagno. in d. l. in omnibus obligationibus Gomez. li. 2. resolutio. cap. 11. a nu. 1. Mozzi. de contracti. titu. de stipula. §. venio ad aliam diuisionem n. 1. cum sequen. Thobi. in d. §. omnis instit. de verbo. obliga. Spin. tracta. de testam. glo. 14. a nu. 1. cum seq. pure obligationis effectus recedere nostri non est instituti, eos & Gomez, & Mozzi. supra adferunt.

Stipulatio in diem ea dicitur, qua ad d[e] certam prestatio, vel solutio dilata est, ex qua orta in continenti obligatio est, licet creditori agenti exceptio obstat. d. §. omnis instit. de verbo. obliga. l. cedere diem de verbo. signif. l. centesimis l. stipulatio ista §. incer tam l. continuus §. cum ita de verbo. obliga. declarant Barto. & ceteri in d. l. cedere die Bal. Salice. Angel. in l. vnica C. vt actio. ab hered. & con. hered. Mozzi. supra nu. 6. Gomez. num. 21.

3 Conditionalis stipulatio sub conditione celebratur, idque tripliciter contingit potestatiua scilicet, casuali, vel mixta conditione, §. sub conditione instit. de verbo. obliga. d. l. cedere diem de verbo. signif. l. bouem §. sub conditione de Aedilitio aed. l. is cui ff. de action. & obliga. l. sub conditione ff. de solutio. prosequitur Gomez supra nu. 28. Et si autem alie conditionum species per interpretes nostros adferantur, veluti turpes, impossibiles, inhoneste, necessarie, ad eas tamē tres superius relatas ceterę omnes adiungi possunt, de quibus etiam quatenus ad institutum tamen nostrum pertinet agemus in sequentibus. Ceterum vt materiam hanc clare, & dilucido declarem, prius opere pretium fore duxi explicare, an matrimonium sub conditione possit celebrari; post & secundo, an hodie sicut & olim adueniente conditione, nouo consensu opus sit, vbi coram parrocho, & testibus quisquam sub conditione contraxit.

5 Ad primum & admittunt omnes matrimonium posse sub conditione celebrari, honesta tamen; ita enim clare deducitur ex tex. in ca. super eo. ca. de illis ex. de codi. apposi. Inno. Ioan. Andre. Panor. Anto. de Butr. Præposi. ibi & alij Dida. in Epito. ad 4. 2. par. ca. 3. n. 2. Mozzi. de contracti. tit. de matrimo. §. diuifio matrimonij nu. 10. cum sequen. Anglesi. in flori. Theolo. in 4. distin. 28. Dom. de Soto dist. 29. q. 2. arti. 1. Angel. in verbo. Matrimonium 3. Syluester in eo. verbo a nu. 1. Azpileue. in Manua. Confess. ca. 22. num. 61. Candel. Aur. tit. de matrimo. prima par. nu. 53. Spinus tract. de test. glo. 15. nu. 63.

6 Neque & alius præter vnum speculatore[m] contrariu[m] dixit, qui in rubr. de conditione. appo. col. 2. affirmavit consensum de presenti conditionalem, in matrimonium statim conuerti nullo spectato conditionis euentu, nisi ipsa conditio ad tertium fuerit relata, sic intelligens tex. in d. ca. super eo. quem omnes vno ore improbant; quia vbi verba contractus matrimonij futuram respiciunt, ante implementum conditionis, nedum matrimonium, sed nec sponsalia erunt, quæ de futuro dicuntur; Rursus vbi verba sunt de presenti adiecta, ta-

ta, tamen conditione, eueniente ipsa coniugium est legitimum, ante illius implementu[m], nec matrimonium nec sponsalia ca. 1. §. fina. desponsa. in 6. Dida. d. ca. 3. nu. 1. ad finem.

7 Ex his Dida. illic infert, matrimonium nullam admittere conditione[m], quod ex diametro conditio matrimonio aduersetur, quamquam consensus ad matrimonium conditionem recipiat, id clare constat quonia[m] pendente (inquit ille) conditione ad matrimonium, consensus præstitus non sit; Est enim matrimonium actus legitimus, actus autem legitimi, a lege ipsa ideo instituti, vt illico suum sortiatur effectum, non diem recipiunt, aut conditionem. l. actus legitimi de regu. iur. ff. & in 6. Matrimonium autem institutum est ad mutua[m] coniunctionem & indiuiduam vita[m] consuetudinem retinendam, vnde ei conditio omnino repugnat, cum ea pendente matrimonium effectum sortiri non possit. Simile de emancipatione adfert a lege inducta, vt quisquam a patria potestate liberetur, pendente vero conditione liber filius esse non potest, propterea conditio resilit emancipationis actui: Et hunc (qui communis est) putat verum sensum l. actus legitimi de reg. iur. & si fateatur difficillimam esse huiusmodi nodi dissolutione[m].

10 Sane & ipse nec Didacum percipio, nec quid ante ipsum ceteri idem voluerint intelligo: nam cum matrimonium sit contractus, vt millies dixi, ceterorum etiam contractuum naturam sortitur; Vnde cum ceteri contractus sub conditione celebrantur, vt supra idē fatetur, cur non matrimonium etiam, certe non video; id enim clarissime duo illa iura supra citata decidunt, nec verbalem Didaci distinctionem adferunt, conditione[m] scilicet, consensum ad matrimonium recipere, non matrimonium: quoniam in ceteris contractibus idem est, qui conditionem in consensu ad eos celebrandos admittunt, at ea adimpleta nullam post, quia purificata conditio sit, & purus subsistat ex post facto contractus d. l. cedere diem l. a Titio l. si ita. de verbo. oblig. toto titu. de condi. & demonst. & de condi. instit.

11 Rursus & matrimonium non dicitur actus legitimus, cum ex receptiori sententia, non alij sint quam expressi in d. l. actus, & crebriorem fatetur idem Dida. supra n. 4. & Et de iure digestorum, quo tempore vis sanctissimi sacramenti matrimonij incognita erat.

13 Et & veluti contractus quidam inter gentes celebrabatur, licebat conditiones adijcere, quæ substantie contractus non repugnarent, quæ nisi obseruarentur & indico diuortio (quo illo tempore matrimonium omnino soluebatur l. 1. ff. de diuor.) recedere coniuges poterant: nam & ex leuiorib[us] causis, fere ad

arbitrium cuiuslibet mariti, aut vxoris, licebat repudio matrimonium dissolueret. l. filie mee ff. soluto matrimo. l. si filia ff. de diuor.

15 & quamquam de iure Codicis, absoluta hæc potestas ad certos casus fuerit restricta l. consensu & authen. seq. C. de repud.

16 Rursus & matrimonium etiam quatenus sacramentum conditionem admittit honestam, aut aliam quamcunq. quæ sacre illius religioni non aduersetur; quemadmodum in ea, quæ matrimonium contrahit sub conditione, si maritus in certo loco habitauerit, aut his similibus, quo ad accidentalia pertinet, de quibus supra cõpara. 23. & Non quidem vt sicut contractus (vt paulo ante dicebam) deficiente conditione resoluatur; ita matrimonium, quia quatenus sacramentum fieri nequit, quod vt Apostolus ait, quos Deus coniunxit homo non separat: Sed quia vir, aut mulier cogi possunt conditiones ratas habere, & obseruare, quemadmodum suis in locis multis ostendam. Porro opportunam naturam occasionem placet circa intellectum d. l. actus legitimi paulisper immorari, quia vt vere Dida. supra relatus dixit, difficilis est illius legis sensus, id ipsum Riminal. Curt. & alij credunt, quos refert Cagnol. in d. l. actus legitimi: sed & incomparabilis vir eruditioris Alcia. in Parergis li. 3. c. 4. cum multis sequentibus, eam explicat legē, & singula etiā illius prosequitur verba subtiliter.

19 Communis ergo & sensus est, vt actus ea lege relati, quales emancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, serui optio, tutoris datio, qui legitimi dicuntur actus, ob id diē, aut conditionem non recipiunt, quia eos lex induxit, vt illico suum producant effectum, id autem fieri non posset, si conditio, aut dies adijciatur dispositioni; & Emancipatio a lege inducta fuit, vt filius statim a patria potestate liberetur, si conditio adijciatur, id fieri nequit, nam filiatio, vel patriâ potestas; in suspensio stare non potest argu. tex. in l. si tibi ff. de adoptio. & Alciat. vero. d. ca. 4. sic subtiliter declarat, Emancipatio actus iuris ciuili est, per quem is, qui vere filius est, pro non filio habetur iuris fictione, & at fictio iuris naturam imitatur in quantum potest, l. adoptio cum similibus ff. de adop. Barto. & ceteri in l. si is qui pro emptore ff. de vsucapio. Vnde sicut naturaliter quis filium ad tempus habere non potest, nec sub conditione: ita nec emancipare eum, aut adoptare in diem, aut sub conditione licet d. l. si tibi de adoptio.

23 Communis & imprimis declaratio sustinere nequit, vt non immerito Cagno. in d. l. actus legitimi nu. 5. ad mediū dixerit se nullā adhuc vidisse legē a qua sumi possit id, quod de

de emancipatione Papinianus refert in d. l. 24
 actus legitimi: licet ipse post alios sentiat
 idem cum comuni; Primo quia emancipa-
 tio, & sub conditione fieri potest, & referu-
 ri emancipato iura, quo ad legitimam perti-
 net successione l. si ab eo C. de legit. here-
 di. Et oblatu curie filius naturalis, solius pa-
 tris respecta legitimus dicitur, quoad ceteros
 legitimus l. communium C. de natura. li-
 ber. Et licet Alciat. animaduertens, valide
 hac obesse contraria respondeat, differre
 maxime ius successione, ab ipsa filij quali-
 tate, nam succedendi ius iure civili inductu
 fuit naturali æquitate suadente, & esse filiu
 ius sanguinis est, quod iure nullo civili diri-
 mi potest, quare modus, qui ex dispositione
 legis possibilis est, successioni adiectus non
 efficit, quo minus quisquam integre filius sit;
 Addit & ille ex Soci. Deci. & Curti. sententia
 adeo veram traditionem, vt responderit pa-
 trem, qui per rescriptum, principis spurium
 filium legitimum fecit adiecta conditione, ne
 ei successione vllum ius aduersus fraternas
 tabulas competere, vere legitimus videri,
 quoniam adiectio illa non personam legiti-
 mi, sed successione respicit: cum esse iustu
 cuiquam filium, agnatis vero illius minime,
 iuri naturæ non aduersetur: argu. l. in stipula-
 tionibus §. r. de verb. obliga. Nam & huic
 responderi facile potest, quod ius succeden-
 di in paterna hereditate, nõ est iuris civilis,
 sed naturalis. l. scripto ff. vnde libe. l. nam &
 si parentibus ff. de inof. testam. licet gradus,
 & ordo fuerit à iure civili explicite traditus;
 vnde cum fictio naturam imitetur in quantum
 potest vt idem scribit Alciat. cur ita tam va-
 rie in filio emancipato, & eo, qui curiæ obla-
 tus est; Neq. & traditio Soci. Curti. & Deci,
 obstat quinimo opitulatur magis, quia & ip-
 sa constat, posse conditione adiecta legiti-
 mari filium, & si in ratione deficiant, comuni
 hærentes sententiæ: sed mihi alia ratione ve-
 ra videtur, quod emancipatio, & actus ille le-
 gitimationis conditionem recipiat, rursus
 legitimatio, et si actus legitimus sit non nu-
 meratur à Papiniano inter expressos ab eo
 in d. l. actus legitimi, & iuxta receptiorem
 de qua supra, dispositio illius legis nisi in ac-
 tibus in ea numeratis non habet locum.
 Secundo & conuincitur communis, & Al-
 ciati sensus, quia emptio, venditio, hæredis
 institutio, & his multi similes, dicuntur actus
 legitimi, qui tamen diem, & conditionem
 recipiunt, vt de singulis Din. in cap. actus le-
 gitimi de reg. iur. in 6. Cagno. in d. l. actus.
 num. 3. Et quod fieri potest pure, idem &
 sub conditione §. emptio. instit. de emptio. &
 vendi. §. omnis stipulatio instit. de verbo.
 obliga. omnes in d. l. actus legitimi eo magis

31 quia tex. in d. §. omnis stipulatio; loquitur &
 in stipulatione, quæ mere est inuenta de iure
 civili, iuxta receptam ab omnibus in rubr. &
 l. 1. ff. de verbo. obliga. & in l. iuregentium
 & l. legitima ff. de pact. quare alia ratio re-
 quirenda est, quam Alciat. & communis.
 32 Ceterum & mihi alius videtur verus illius
 legis sensus, vt emancipatio actus videatur
 legitimus, qui diem, & conditionem non re-
 cipit, non quod ex se emancipatio sicut ceteri
 contractus legitimi, apta non sit recipere
 diem, & conditionem, sed quoties lege in-
 bente pater filium emancipare cogitur, quia
 non voluntarie id agit, sed iuris precepto cõ-
 ditionem nullam adijcere potest; id tunc cõ-
 tingit quando pater ex causa emancipare fi-
 lium cogitur, vt in quibusdam contingit cas-
 bus. glo. Barto. & ceteri in l. nec auus C. de
 emanci. libero. Bart. & posteriores in l. qui-
 dam cum filium ff. de verbo. obliga. Et dicitur
 ob id legitimus actus tunc, quia non pa-
 tris voluntate sed legis fiat, ideoq. conditio
 à patre adijci non possit, non magis, ac si il-
 le in alterius, qui suus non esset filius eman-
 cipatione conditionem apponere veller, &
 secundum hunc intellectum nouum cessant
 tot, tanta, & tam magna contraria, quorum
 hucusq. nec ratio, vel apta solutio patet.
 33 Secundum & actum recenset Papinianus
 legitimus, acceptilationem, quæ liberatio-
 nis species est, l. 1. & inibi Barto. ff. de accep-
 tila. l. 4. & sequent. ff. de acceptilationibus
 vbi. I. C. nec diem, aut conditionem recipere
 ait acceptilationem, Et quidam nõ pau-
 ci, nec modicæ etiam autoritatis viri in l. cõ-
 quid ff. de reb. credi. scriptum relinquerunt,
 nullam dari rectam rationem posse, cur ac-
 ceptilatio sub conditione fieri non possit,
 eos refert Cagno. in d. l. actus legitimi n. 10.
 qui quando aliud non intellexit comuni
 ad stipulatur sensui, post Deci. & alios omnes;
 35 sed & Alciat. cap. 5. Pater. receptissimæ
 etiam innitens traditioni; sic declarat, *Ac-
 ceptilatio (inquit) actus legitimus ideo dicitur,
 qui non conditionem aut diem recipiat, quia
 lex imitatur naturam in quantum potest, at
 qui iuris fictione & acceptilatio vicem solutio-
 nis sustinet l. in diem ff. de acceptila. l. si rem
 §. si duo ff. de nouatio. solutio fieri sub condi-
 tione, vel in diem nequit, quia actus solutionis
 hoc non admittit, qui in factis consistit, cuius
 substantia quæuis verba immutari nõ possunt;*
 37 & acceptilatio factum imitatur. Hæc & Alci-
 ati & fere omnium declaratio, quæ tamen
 commetitia est, & à veritate ipsa longe alie-
 na, nam & si vicem solutionis sustineat, fie-
 ri & tamen nisi per stipulationem acceptila-
 tio potest, l. 1. ff. de acceptila. mutuum scilicet
 38 interrogacionem, & subsequenter res-
 pon-

ponsonem mediante stipulatione vt ibi, &
 prætermittitur stipulatione non diceretur ac-
 ceptilatio sed nuda conuentio §. item per
 acceptilationem instit. quibus mo. tolli. obli-
 ga. l. an inutilis §. 1. ff. de acceptila. Ronche.
 post alios plures in l. 2. num. 97. ad fin. ff. de
 duo. reis, in quo nullus dissentit. vnde cõ-
 stipulatio sub conditione fieri possit sic & ac-
 ceptilatio potest.
 39 Rursus & solutio etiam sub conditione fie-
 ri potest l. sub conditione ff. de solutio. Et li-
 cet huic extreme rationi, quia primam Al-
 ciatus non animaduertit, respondeat, quod
 ante euentum conditionis, verbis tantum
 non re solutio fit, at acceptilatio eam, quæ re
 fit, & statim liberat, imitatur. hæc & tamen
 solutio non tali viro digna est, cur enim ac-
 ceptilatio magis solutionem, quæ re, quam
 sub conditione fiat imitetur, nõ rectam red-
 dit rationem: Quod si generaliter proditu
 est, acceptilationem vicem solutionis obti-
 nere, qui fieri potest, vt ad hanc magis quam
 alteram accommodari possit, l. 1. §. generali-
 ter de leg. præf. l. de præf. de publi. cum si-
 milibus.
 41 Vnde & nec male quidam opinantur, si ac-
 ceptilatio pure quoad substantiam pertinet,
 facta sit, sed effectui liberationis addita cõ-
 ditio fuerit, quia pactum, valere acceptila-
 tionem sub conditione si nãnis, ex Alciat. ve-
 nerit, sicut valeret solutio cuius effectui simi-
 lis conditio adiecta fuisset, & licet Alciat.
 ibidem horam ressellat opinionem, sustineri
 tamen facile potest.
 42 Ego & vt meam proferam sententiam exi-
 stimo ideo acceptilationem conditionem non
 admittere, quia à lege inducta fuit ad libe-
 randum l. 1. ff. de acceptila. d. §. acceptilatio-
 nem, & voluit eam & verbis de presenti cõ-
 cipi. d. l. 1. vnde cum per verba presentis tẽ-
 poris induci debeat, fieri nõ potest vt diem,
 aut cõditionem recipiat, quod si dixeris, fit per
 stipulationem acceptilatio, stipulatio vero
 sub conditione fieri potest. Responderim
 stipulationem principaliter ad obligandum
 inductam, & siue quis pure, aut sub conditio-
 ne obligetur sufficit acceptilatio ad liberan-
 dum, & absolutendum, absolutio vero con-
 ditionalis effectum liberatorium statim pa-
 rare non potest. si rursus obieceris, accepti-
 lationem vice, & loco solutionis esse, & cum
 solutio vt supra sub conditione fieri possit,
 & acceptilatio itidem.
 Respondeo facile, solutionis instar iuris fi-
 ctione acceptilationem esse vt supra, & Al-
 ciat. d. cap. 5. in principio, vere autem mini-
 me, ideoque & solutio inter actus legitimos
 non à Iurisconsulto nominatur in d. l. actus
 legitimi; habet enim solutio plus facti, quam

iuris; at acceptilatio merè iuris civilis inuen-
 tum est. Si & tertio quisquam triplicet condi-
 tionale debitum acceptu ferri posse l. quod
 in diem ff. de acceptila. consequenter accep-
 tilationem, sub cõditione etiam fieri. id ne-
 gauimus, nam & acceptilatio in ea specie pu-
 re fit, ceterum quoniam effectus ratione
 prioris conditionalis obligationis differtur,
 differri etiam vim illius necesse est.
 46 Tertium & exemplum I. Consulti. est in
 additione hereditatis, quæ sub conditione fie-
 ri nequit, quia actus legitimus, qui non eam,
 nec diem recipit. Rationem & crebrius Bart.
 quæ ceteri sequuntur, esse crediderunt, quod
 hereditatis aditio in mera voluntate consistit,
 quæ firma & constans esse nequit vbi dies
 aut conditio adijcitur l. cum qui §. fina. ff. de
 acquir. heredit. quam sic ibi Bart. & alij in-
 tellexerant Curti. l. uni. in d. l. cum quid de
 reb. cre. scripsit hanc Barto. rationem mini-
 me concludere, & si ille nihil amplius dixe-
 rit. Ceterum & Cagno. improbat in d. l. actus
 legitimi nu. 11. quod matrimonium de quo
 nos agimus, in mera & libera contrahentis
 voluntate consistit vt millies dixi in hoc tra-
 ctatu, cap. gemma cum similibus de sponsa.
 & tamen sub conditione contrahi potest to-
 tit. ex. de condi. apposi. dixi supra & inferius
 etiam agetur.
 49 Improbatur & Alciat. ca. 6. Parer. quia nõ
 ad diem pertinet Bartoli ratio, sed ad con-
 ditionem tantum: Rursus & ait, & votum in
 libera voluntate consistit, cum conditionem
 recipiat. Improbo & ipse aliter, quod ea,
 quæ in libera magis voluntate consistunt, pu-
 re sub conditione, & vt libet fiunt, libera &
 enim voluntas nullis circumscribitur finibus,
 quomodolibet agit: multis id ostendit ar-
 gumentis exemplisq. Menochi. tracta. de ar-
 bitr. iudic. questio. l. 1. quest. 7. vt oleum me-
 & operam perdere putem in his exquiren-
 dis. Alciat. & vero d. cap. 5. noue existimat
 legis dispositione hæredem, à die aditæ hæ-
 reditatis, defuncti personam sustinere, & fin-
 gi eandem personam cum defuncto, at fictio
 (vt ipse non semel anterioribus capitibus
 repetit) debet naturam imitari in quantum
 potest, vnde efficitur hæredem nec ad diem,
 aut sub cõditione defuncti personam repre-
 sentare posse.
 54 Sed & hæc ratio facile cõfutatur, nam po-
 test testator hæredem sub conditione inti-
 tuere §. heres instit. de hered. institu. l. in
 tempus cum similibus ff. eod. §. si plures in-
 stit. illo tit. toto tit. C. de insti. & substi. sub
 con. fac. & tamen is sic institutus defuncti
 personam sub conditione representat. Nec
 obstat quod ille respondet per hæredis quæ-
 dem institutionem non representari testa-
 toris

toris personam, sed per aditionem hereditatis, nam tunc ius queritur, quod antea sola spe sustinebatur: obiecti enim dissolutio vera non est, si adiri hereditas nequit, nisi praevia institutione, & per hereditatis aditionem defuncti persona representatur, multo magis per institutionem authen. multo magis C. de sacro. Eccl.

55 Accedat & quod actu magis vero, quam ficto, res representari dicuntur, at cum defunctus quemquam heredem facit in omnibus eum sui ipsius vice, & loco reponit, ideo una persona cum ipso censetur §. 1. in verbo una quodammodo ibi glo. notat ab omnibus probata in auth. de iure iuran. a mouen. presti. ideo ratio haec, & si arguta videatur, vera non est. & Existimo autem ego duplici ratione voluisse Papinianum hereditatis aditionem diem, aut conditionem non recipere; & Prima quoniam hereditas sit ius quoddam uniuersale, in quo haeres succedit, continet & debita, & credita, quibus testator obnoxius erat, unde si heredi liceret diem in hereditatis aditione, aut conditionem apponere, frustrari possent creditores iuribus suis, id vero lex, & iustitiam quidem vetat, ut nihil mirum si diem non recipiat, nec conditionem.

58 Altera & ratio haec, cogi in quibusdam casibus haeres hereditatem, aut velint, vel nolint adire, hij sunt serui, & quos in potestate nostra habemus, quemadmodum late Iustinianus prosequitur in principio, & tot. titu. instit. de hered. quali. & differ. similes igitur personarum conditionem, aut diem apponere nequeunt, quia inuiti lege iubente coguntur.

59 Extranei etiam haeres, qui libere hereditatem adire vel repudiare possunt, quoties eos actus fecerint, qui citra ius & nomen heredis fieri nequeunt, adire coguntur, & creditores exoluere §. fina. instit. de hered. quali. & diff. l. pro herede ff. de acquir. heredi. glo. in verbo nuda in d. §. fina. non ergo his casibus conditio, aut dies apponi potest aduersus iuris praecipua, quae impleri necessario debent.

60 Quartum & exemplum in serui optione, laboriosus, & difficilis casus est quare serui optio actus sit legitimus, & diem, vel conditionem non recipiat. & Accurcius & fere ceteri cum eo existimant id ideo esse, quod lex iusserit optionis legatum pro puro haberi, & si esset conditionale, veluti, si ita testator dixerit: si vernam non elegeris, seruum Tumerontem habe l. 3. ff. qui & a quib. manumif. Deci. in d. l. actus legitimi, nihil de optionis legato. & Cagno. vero veluti stupidus nihil amplius dicit, quam quod nullibi legit dicentem legem appositionem dici vel conditionis in optione, irritare in d. l. actus legitimi n. 14.

63 Ceterum & haec Accurcij opinatio merito ab Alciato improbat cap. 7. quod ea ratio legatum respiciat, non autem legati executionem, de qua disceptatur: nam & legatum optionis, sub aliqua conditione, si nauis ex Asia venerit, valet l. penul. ff. de optio. lega. & Alij putant, & quidem ut mea fert opinio subtiliter, testatorem in hac specie, non legatario concessisse suo legato, ut in diem, aut sub conditione eligere possit, nam cum optionem legat, de pura optione non conditionali vel in diem intelligendum est, sicut & cum quis donat in dubio pure donare intelligendum est l. 1. ff. de donatio. & Improbatur Alciatus, quia inquit, id ex ea sequeretur aduersus Papinianum responsum; quod optionis legatum conditionale valeret, cum tex. hic generaliter dixerit, optionem actum legitimum, qui diem nec conditionem recipit, unde is alios adduxit credentes verba legis actus legitimi, corrupta fore, ut praetermisso serui nomine, non optio sed adoptio legant; quae proculdubio nec diem, aut conditionem admittit l. si tibi ff. de adoptio. Ceterum haec interpretatio, & si vera sit, & litteram tamen, quae non facile mutanda est, ut non semel in Explicatorij libris animaduerto, corrumpit, ut me prior dicto capite Alciat. animaduertit, quamquam is in Parergis, paradoxis, disputationibus sui immemor male obseruet.

67 Barto. & igitur opinatur in l. cum qui §. fina. ff. de acquir. hered. optionem in libera, certa, voluntate eligentis consistere, ideoque nec die aut conditione aliqua suspensi posse; quemadmodum ut ille opinatur simile, in sacerdotijs, & beneficijs ca. in electionibus de electio in 6. Confutat & Alciat. quoniam optare quis potest sub conditione si voluntatem non mutauerim, non mutata voluntate legatarius legatum consequitur, at si eam mutauerit, id ei fieri permittitur l. si tibi ff. de optio. legata. Addit ille, & si daremus dictam conditionem resolutionem magis actus prospicere l. 2. ff. de in diem adiectio. negari tamen nequit, quin voluntas sub incerto sit.

69 Tandem Alciatus suam profert sententiam, praemittit, quadam esse verba, quae a facto, & executione illius actus nomen accipiunt, ut optio (inquit) electio, haec enim nomina executionis sunt; ita sit nisi aliud impediat, quod executio illico ex optione consequitur, & legati ius consumitur l. apud ff. de optio. lega. & lex confestim de eo qui optatus est, perinde interpretatur, ac si nominatim atellari expressus fuisset; unde fit ut verba huiusmodi, optio scilicet, aut electio, si diem habent aut conditionem nomen suum amittunt, quia videatur diei vel conditionis adiectionem, protestationem quandam inducere

ducere actui contrariam, ut merito actus videtur l. per seruum §. penul. ff. si usus. petahac Alciatus qui inibi quaedam alia similia adiungit. Deterior & est ceteris haec opinatio, nam omnes viderim contractus ab executione & ut plurimum nomen accepisse, id est sine, sic permutatio ab ea pactione, qua permutare inuicem, aliqui paciscuntur, nomen sumit; locatio, venditio, & his similia, & in ceteris quoque actibus, qui non contractus sint, idem esse constat, in aditione hereditatis, quae executionis actum praefert, & huic mille altera adiungi similia possunt, consiat tamen posse heredem ad diem, & sub conditione institui, ut supra fieri etiam sub conditione permutatorem, locationem & omnes contractus; item & in seruitutibus locum habet, quod antea dicebam, quales, via, actus, iter, aqueductus; nomina enim sunt executionis, & tamen sub conditione concedi & dari possunt l. seruitutes vbi glo. & ceteri omnes ff. de seruituti.

73 Neque simile & de electione quidquam iuuat Barto. in superiore traditione; nec Alciatum modo; quod electionis materia spiritalis sit, ob id, non diem, aut conditionem recipiat, quod de animarum cura agatur. ca. vbi periculum eo tit. sed & innumera sunt, quae Alciati subuertere opinionem possunt. Ego & igitur ut meam dixerim sententiam reor. veram fore eorum opinionem quam paulo ante recensui existimantium, ideo conditionem reijci, quod non censetur testatorem suo legato, legatario facultatem concessisse dum, vel conditionem adijciendi, qui cum optionem legauerit de pura intellexisse credendum est d. l. 1. id ipsam mihi verum videtur, nam & legatum donatio est in testamento relicta & ab herede praestanda: & inhonestum lex fore credidit, rei donatam mera donantis gratia l. donari ff. de donatio. donatarium die, vel conditionem adijcere posse: qui si nolit, possit legatum, & donationem repudiare, cum nolenti liberalitas acquiri non possit l. hoc iure §. non potest ff. de donatio. l. inuito. ff. de reg. iur. si dixeris legatum sub conditione fieri, id non disteior, ceterum hic non de legante testatore sub conditione optionem, sed de legatario agitur, & in quo Alciatus fallitur existimans nec legari quidem sub conditione optionem posse, quod verum non est, nam legata ad diem, & sub conditione relinquuntur, qualitercumque testator legauerit, notissimis iuribus & titulis pandectarum.

77 Extremum & qui recusetur actus legitimus est, tutoris datio. maxima sane difficultas haec, vtrinque, enim iura pugnant, nec certi vix opinari potest. concinit huic exemplo & tex. in l. muro §. sub conditione ff. de tutel. Decla-

78 rant & regulam omnes in expressa conditione secus in tacita, in quibus casibus iudex nequit pure, & simpliciter providere §. sed & si testamento & §. sequen. vbi glo. in verbo conditio, instit. de attalia. tuto. Secundo & declarant, quoties tutor a iudice datur, nam per testatorem ad diem, & sub conditione dari potest §. furiosus & §. ad certum tempus instit. qui testa. tuto. dari poss. & de ratione diuersitatis in vtraque declaratione tradit Cagno. in d. l. actus legitimi num. 15. & sequent.

80 Ut & autem ad legis rationem perueniam, Din. Barto. Albe. & numero plures eam esse crediderunt, quod pupillorum sit fauore inducendum, quorum maxime interest confestim tutores accipere, ne interim die, aut conditione pendentibus facultatibus labantur.

81 Rationem & hanc Alciat. lib. Parer. 4. ca. 8. improbat, quia ratio iudicem respicit, non actus infirmationem, & lex non pupillorum fauore id factum significat, sed quia actus sit legitimus. Bald. & aliter existimat in d. l. muto §. 1. *Decreta enim (ait ille) iudicum conditionem non admittunt, quando ea sunt quae executionem secum trahere debent*: Ratio haec, & recte quidem non admodum displicet Alciat. supra nisi quod (ut ille etiam) nullam reddit rationem, cur diem tutoris datio non admittat, cuique executio hoc casu decretum comitetur.

83 Idem & Alciat. suam quoque profert sententiam, tutoris quidem dationem ideo conditionem, nec diem recipere, quia tutela actus sit a lege duodecim tabularum inducitur, per quem vim, & potestatem in caput pupilli lex tutori concessit, haec autem vis, & potestas, confestim a lege transfertur, nec in pendentem esse arbitrato hominis potest: quapropter (addit) diuersum est, cum non lex, sed testator ipse transfert d. §. ad certum. actus & enim hominum ex eorum voluntate affectum habent, at legis actus in pendentem esse nequit, iubet enim lex eos certos esse, nec in conditionis euentum suspendi.

85 Ratio & multis improbari potest. In primis id quarimus, cur lex actum voluerit esse legitimum, qui conditionem non recipiat tutoris datio. Sed & quod ille dixit, posse testatorem, non legem turpius affirmatur, cum possit lex, quae testator ipse l. fina. in prin. C. de rebus alien. non alienan. quinimo hic aduersus legum placita ordinare non potest l. nemo potest deleg. 3. cum similibus. Adhaec & in modum regulae generalis Iustinianus docuit in d. §. ad certum, tutorem ad diem & sub conditione dari posse; quibus verbis exclusum fuisse iudicem quilibet dixerit: qua ratione & Bartoli, Bal. & Alcia. opiniones reffelli possunt.

88 Ut igitur & concludam existimauerim nec
indici, aut testatori interdictum legibus fuisse
ad diem, & sub conditione tutorem dare
d. §. ad certum, cum supra allegatis: quod igitur
in d. l. actus legitimi dicitur, conditione
89 aut, diem tutoris dationem non recipere, &
sic Iustinianus idem explicat in d. §. ad certum
in fine; quotiens certe rei aut causae tutor da-
tur: id enim & testatori, & iudici prohibitum
est. quia indiuiduus, & legitimus actus quem-
admodum diuisionem non recepit Barto. &
ceteri omnes in l. 4. §. Cato. de verb. obliga.
sic nec diem, aut conditionem: rationem red-
dit, quia persona (inquit) non cause, aut rei tu-
tor datur: quomodo persona certa est,
sic certo dari tutorem lex voluit; ne prae-
textu incertitudinis tutoris, qui ad tuendum datur, cui
qui propter aetatem se defendere nequit, pupil-
lus, illiusque simul bona deperirent; atque ideo
contrarium in curatoris datione glo. credidit
in d. §. ad certum. Sanè & ubi conditio certe
90 rei, vel causae adiicitur non tenet. d. ratio, si
vero vniuersam respiciat hereditatem, utiq.,
atque in hunc sensum accipi posse §. illius ex-
tremam partem puto: eodem retento them-
mate, quo in priori: vnde actus tutoris datio
recte legitimus dicitur, qui non diem, aut con-
ditionem recipit, quotiens certe rei, vel cau-
sae datur non cum vniuersae hereditati.
Operere pretium autem est ut ad institutum
accedam, & conditiones simul recenseam, quas
matrimonij contractus admittit. Ego vero
ut clare, & familiariter rem hanc pertractem,
quatuor inspectiones considerandas esse pu-
tauerim: Prima, quid in conditione licita, &
honestas. Secunda quid in inhonesta & turpi.
Tertia quid iuris in impossibili, & possibili.
Quarta quid in indifferenti. nam certe quas
summissae considerant, ad has quatuor spe-
cies reduci possunt.
91 Prime & inspectionis sequentes casus con-
sidero. primus est quoties conditio apposta,
est facilis, & contingens, veluti si mihi centum
dederis in dotem, aut si pater meus voluerit;
haec sanè conditiones matrimonio adiectae, il-
lud suspendunt, ut nihil actum censeatur, dum
conditio pendet: sic scripsit Roma. Pontifex
in c. super eo de condi. appost. ubi idem Pa-
nor. Anto. Imol. & ceteri omnes docent Di-
da. Couar. & si is obiter in Epito. ad. 4. 2. p.
c. 3. nu. 2. in fine Syluest. in Sum. verb. matri-
monij 3. nu. 1. ad finem. Mozzi. de contract.
tit. de matrimo. §. diuisio matrimonij nu. 10.
vers. Quaedam vero, Azpil. in Manua. Confes.
cap. 2. nu. 62. Neq. aliquis ab hac sententia
discedit, quae tam certa est, ut à nullo inficia-
ri possit.
92 Extende & hunc casum adeo verum esse,
ut si interim hac conditione pendente, qui

sub dicta conditione contraxit, cum alia co-
trahat, valeat matrimonium secundo contra-
ctum, & si post conditio sequatur, dum ma-
trimoniū hoc fuerit pure contractum, cense-
tur enim a priori nondum perfecto con-
tractu recessum ea. de illis ea. super eo. ca. per
tuas de conditio. appost. vbiq. Panor. Azpil.
d. cap. 22. num. 64.
93 Extende & secundo, & si matrimonium se-
cundo contractū fuerit etiam sub simili con-
ditione celebratum, dum tamē conditio se-
cundi prius quam prima euenierit, alioquin
secus: praualeret enim tunc prius matrimo-
nium cuius conditio fuit purificata, antequam
secundi conditio adimpleretur ita Syluest.
d. verbo matrimonium 3. nu. 6. & Mozzi.
d. §. num. 10. Guér. in allega. 4. nu. 14.
94 Limita & extensionem, quoties dubium
foret quae vtriusque matrimonij conditio prius
fuit purificata, veluti cum quis cum aliqua
contrahit sub licita conditione, si scilicet si-
bi in dotem centum daret, & post cum simi-
li conditione cum alia, & ambe mulieres eo-
dem tempore centum illi in dotem offerunt,
nam hoc casu & si nostri in diuersas eant opi-
niones, verior tamen est neutrum valere ma-
trimonium propter incertitudinem argu. 1.
duo sunt Titij ff. de testamen. tutel. l. si ita
fuerit ff. de reb. dubi. est enim apud nostros
receptum incertitudinem matrimonium vi-
tiare, quemadmodum & alios contractus Ar-
chidi. Panor. Anto. & ceteri in ca. ex litteris
in 2. ex. de sponsa.
95 Atque & vera huius traditionis ratio est,
quod contractus conditionales ab impleme-
to conditionis robur accipiunt, & substantia
l. cedere diem de verbo. significa. cum vul-
gatis atque ideo cum duobus simul matrimo-
nium contraxisse censeatur, ideo neutrum va-
let ut recte opinatur post alios à se relatos
Syluest. supra num. 6.
96 Limita & secundo extensionem, & superio-
rem etiā casum, quoties, qui sub conditione
contraxit consensum ante conditionis euen-
tum reuocaret, & si enim teneatur conditio-
nis euentum spectare, l. potior l. qui Balneus
ff. qui potior. in pig. habeat. Panor. Praepos.
& ceteri in d. c. super eo de conditio. appost.
si tamen ante euentum consensum reuoca-
ret, & si minus licite, conditionis implemen-
tum coniugium non efficeret glos. in d. cap.
super eo Panormita. Antoni. Imol. Praepo-
si. Dida. in d. cap. 3. num. 6. Azpiluet. supra
num. 64. addit Dida. illic non referre, an re-
uocatio consensus fiat sciente vel ignorate.
altero, iuxta tex. in cap. fina. de procur. lib. 6.
97 Vera & huius traditionis ratio est, nam etsi
in ceteris contractibus sub conditione ce-
lebratis, tenetur contrahens conditionis eue-
tuma

tum expectare nec retrocedere potest ab eo
inuito altero l. potior. l. qui Balneum ff. qui
potior. in pigno. habeat. l. quod si pendente
ff. de peri. & commo. rei vendi. adeo ut ad
haeredes spem ipsam transmittamus §. ex
condicionali de verbo. obliga. in situ. in ma-
trimonij contractu, propter tanti Sacramē-
ti liberam voluntatem secus: ideo potest co-
sensus ante conditionis euentum irritari,
quemadmodum & paucis verbis scribit Syl-
uest. d. verbo matrimonium. 3. nu. 6. ad me-
dium, & suo loco dicemus.
98 Tertio & limita ut procedat quoties vir
centum, vel aliam quantitatem stipulatur ra-
tione dotis, vel alterius iustae causae; secus si
principaliter ut lucrum ex eo matrimonio
consequeretur l. si ita stipulatus §. si tibi nup-
fero ff. de verbo. obliga. quo tex. probatur
stipulationem, ex causa lucratiua inter futu-
ros coniuges in tempus matrimonij collatā,
non valere, cuius legis rationem interpretes
99 duplicem reddunt, prima & quia nequeunt fu-
turi coniuges, se se ad matrimonium inuitare
lucris causa, quae propter libidinem potius,
quam conjugalem castitatem promissa pra-
sumitur, consequenter aduersus bonos mo-
res l. stipulatio hoc modo concepta de ver-
bo. obliga. Altera & ratio, quod sic quodam
modo matrimonium venalia redderentur in
maximum matrimonij dedecus l. 1. & 2. ff.
de donatio. int. vir. & vxor.
100 Ceterum & his valide pugnat de iure cano-
nico tex. in cap. de illis ex. de condi. appost.
quo tex. decidit Roma. Ponti. iuratam pro-
missionem mulieri factam de accipiēdo eam
in vxorem, sub conditione, si centum daret,
valere: & consequenter suspendere matri-
monium, nam si illicita fuisset non id opera-
retur, sed veluti inualida reiecta fuisset cap.
fin. ex. de condi. appost. Panor. illic dixit co-
ntrarium difficile: ceterum is, quem alij om-
nes sequuntur scribit tex. in d. §. si tibi nup-
fero intelligendum, quoties promissio quan-
titatis lucris gratia principaliter fit, secus cum
promittitur ex iusta causa pro oneribus ma-
trimonij sustinendis l. por oneribus. C. de
iur. doti. aut alia ratione ut disparitas con-
trahentium ea promissione ad aequalitatem
reducatur, veluti cum nobilis ignobili, aut
conuerso ordine nubitur. sequitur Barto. in d.
§. Angel. Roma. Alexand. Aretin. Iasson. &
ceteri.
101 Secunda & inspectio ad conditiones inho-
nestas, & turpes pertinet, in hac sequentes
subijcio casus. Primus, conditio turpis, & in-
honestas aduersus matrimonij substantiam ap-
posita, matrimonij contractum irritat omni-
no. Exemplum perhibent omnes ubi aduer-
sus tria matrimonij bona, aut vnum ex his,
102 conditio apponeretur; & veluti si quisquā di-
ceret tecum contraho donec aliam inueniam
ditiorem, aut meliorem; repugnat enim indiui-
duo vitae conjugalis vinculo, & illius humanae
societati, quae ex tribus vnum matrimonij bo-
num est: Aliud exemplum, ubi quis contrahe-
ret sub conditione, si prole vitaret vxor; est
enim prolis susceptio secundum matrimonij
103 bonum. Tertium & exemplum, ubi quis con-
traheret sub conditione, si se adulterandam
praerberet, est enim conditio contra bonum fi-
dei: tria haec bona passim nostri recēsent ex
tex. in c. omne 27. q. 2. & dixi millies, itaq. co-
ditiones haec omnes vitiant matrimonium quē-
admodum docet tex. insignis in quo Panor.
Anto. & ceteri in c. fi. ex. de condi. appost. post
glo. ibi. Dida. d. §. 1. n. 1. Syluest. dicto verbo
matrimonium. 3. n. 1. Mozzi. d. c. nu. 10. Azpil.
d. c. 22. n. 61. 62. Sanch. trac. de matri. lib. 5.
dispu. 10. à n. 1. & sequen. id ipsum apud Gra-
tiani c. inter cetera, 22. q. 4. aliquando, c. fo-
let quari 32. q. 2. ratione & tex. in d. c. fin. post
104 antiquiores eam prodidit Did. d. §. n. 1. quia
conditio contra substantiam matrimonij illis
casibus deficit, ideo contractus vitatur d. c. fi.
nam nequit sine substantia actus permanere
l. cum hi §. praetor ait ff. de transactio. l. cum
praecario ff. de praeca. c. tua nos de spōsa. Bar.
in l. ubi ita donatur ff. de donatio. cau. mor.
105 Ceterum & haec omnium ratio nunquam pla-
cere potuit, nam idē Roma. Ponti. in d. c. fin.
2. par. docet alias conditiones praeter expres-
sas supra, & quas idē textus recēset, & si tur-
pes, inhonestas, aut impossibiles, matrimo-
nium non vitare, sed validum remanere, perin-
de, ac si appositae non fuissent; & addit ratio-
nem fauore scilicet matrimonij, nam matrimo-
nij fauor magis intuendus est, quoties matri-
monij substantia corrumpitur, quā ubi ea tantū le-
ditur argu. in auth. multo magis C. de sacro.
Ecclesi. & cum maius periculum ubi matrimonij
bona peruertuntur cautius cauendum erat ca.
ubi periculum de electio. difficultatē hanc nul-
lus praesensit. Rursus & ubi subiecta sunt no-
bilia eo magis turpia, quae de illis praedicā-
tur. Clemens. cum illufio de renuntia. ca. cum
decorē ex. de vi. & honesta. clerico. cap. 1. de
106 refor. celsi. 22. in verbis & leuia etiā delicta,
quae in ipsis maxima essent: Conci. Triden.
c. 8. celsi. 24. de refor. vnde turpiores cēsen-
tur conditiones, quae circa matrimonij bona
107 apponuntur, quā si in illis; atqui & fauore ma-
trimonij min⁹ turpes reijciuntur, ut dicit tex.
in extrema parte, maiori rōe eodē fauore tur-
piores reijci debēt, ut ubi abūdat iniquitas,
abūdet & charitas, cum tū contrariū ille tex.
decidat. Alcia. & igitur ratio exquirenda est,
108 quae mihi haec aptissima videtur: ubi aduersus
tria, vel ex his vnum matrimonij bonum con-
ditio